


1733.

- 5^a et 6^a Hessherus, Iacobus Laurentius: *De jure reformandi et
iuste dependentie jure emigrandi*.
6. Yanez, Simon Peter: *Postilla yedimella cum de processu
communi, ratione et sine iustitia legi iure. ... postulata
practicis. ... orientat etiam sine iusta. Lectionem
eröffnet.*
7. Heinricius, Dr. Yanez: *De Salvo Fuliano*
8. Hirschel, Michael. Nalha: *De causis intermittentiis
febrium cumque pertinentiis ratione.*
9. Hoffmannus, Fridericus: *De motuum convulsivorum vera
sede et insdale.*
10. Hoffmannus, Fridericus: *De morbo Lazari.*
11. Hoffmannus, Fridericus: *De necessario sanis medico.*
12. Hoffmannus, Fridericus: *De morti hysterici vero
insdale, scite origine et cura.*

13. Funckerus, Joannes : De calce viva.
14. Funckerus, Joannes : De commotionibus patheticis corpori interiori proficiens.
15. Funckerus, Joannes : De vertigine.
16. Funckerus, Joannes : Dissertatio inq. chemico-natura,
satis disquisitionem analyticam arsenii tertarii.
17. Funckerus, Joannes : Dissertatio inq. medica, generatio
monte circa prognosin rite instituendam traditrix.
18. Luderig, Io. Petrus, &c. : De purgatione contumaciss.
19. Luderig, Ioan. Petrus, &c. : De legocaducaria
- 20^a. Schulze, Joannes Henricus : Dissertatio inq. medica, quae
problema an multifici deligatio in imperiis natis absolute
necessaria est in perturbis negativis resolutius.
- 20^b. Schulze, Joannes Henricus : Scriptio in antiquitatem et sententiam medicorum apud
Graecos et Romanos conditionem emendatam.

- 20^o Schulz, Joannes Henricus : De diachia puerorum.
21. Schulz, Joannes Henricus : De varis umbilicatus
natorum et adultorum.
22. Schulz, Joannes Henricus : De coena immundice largiori
gulac intemperantis noxa certiori.
23. Schulz, Joannes Henricus : De serum ex naturalium
et valentium mendam recto usu.



P. 258

20
5
Pri. 39. 1735.
36

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE 1735.
LIBERTATE
IMPERFECTA
RVSTICORVM
IN GERMANIA

P. 258
QVAM
INDVLTV FACVLTATIS IVRIDICAE
IN REGIA FRIDERICIANA
PRAESIDE
FRIDERICIANAE DIRECTORE
DN. IVSTO HENNING. BOEHMERO
ICT. POTENTISS. REGI BORVSS. A CONSILIIIS INTIMIS
ET ORDINIS ICTORVM VICARIO PRAESIDE P. P.
h. t. DECANO

PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQUE IVRE CAPESSENDI HONORES
D. III. NOVEMBR. MDCCXXXIII.
H. L. Q. C.
ERVDITORVM DISQUISITIONI SVBMITTIT
IOANNES CHRISTOPHORVS Hopffenstein
STUTTGARD. WÜRTENBERGICVS.

HALAE MAGDEBURGICAE
TYPIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI, ACADEMIÆ SENATI HYPOCR.
MDCCXXXIX.



(8)

DISSESTITATIO IN VAGABUNDIA TARDICIV

LIBER
IMPERRATORE
MAGISTERI
ANTRICUS

DISSESTITATIO IN VAGABUNDIA TARDICIV
LIBER
IMPERRATORE
MAGISTERI
ANTRICUS



DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE
IMPERFECTA LIBERTATE
RVSTICORVM
PER
GERMANIAM.

§. I.

SAepe mihi dubiam tra-
xit tententia mentem, effentne
rustici, qui a vinculo seruitutis
antiquæ quodammodo liberati,
vere & plene liberi, an potius
adhuc seruitutem quandam ser-
uirent, vel ad minimum *imperfecta*
maxime gauderent libertate? Conclamatum enim
est, rusticorum hodie in Germania esse duo genera,
quorum alii dicuntur *proprietates, servi, mancipia,*
A **Eigen**

Rustici alii ser-
ui, alii liberi.

A

Eigen

2 DE IMPERFECTA LIBERTATE

Eigenbehörige, Leibeigene: alii vero liberi homines, freye Leute, freye Bauren, quos ex antiqua seruitute Germanorum manumisso arbitrantur communiter. Cum vero æque seruitus ac libertas sit qualitas moralis, homini adhærens, & peculiares propriosque effectus producens, qualitas vero gradus varios admittat; consequens est, vt tam seruituti quam libertati gradus certi assignari queant, his tribus distinguendi scalis, vt alius fit supremus, alias medius, alias denique infimus.

Dantur tamen gradus & seruitus & libertatis.
libertas publica.
priuata.
B. de LYNCKER de libertate statuum imperii. Etiam nobiles mediati, seu status prouinciales intuitu prouinciarum hoc suo modo pertinent, ab antiquo magna libertatis prærogatiua in diætis prouincialibus præ ceteris subditis gaudentes. Alia etiam est priuata, intuitu priuatorum iurum ita dicta, quæ scilicet ab omni nexu seruili vel in totum vel in tantum personam immunem constituit, & nullius potestati dominice priuata subiicit, vel ad minimum eam magnopere modicat atque mitigat. Libertas enim relativa hic consideranda, vt oppositum seruitus. Quia vero seruitus Romana a Germanorum diuersa est; ita etiam libertas Germanorum non vnicce æstimanda ex legibus Romanis, sed patriis, domesticis, atque statu Germania. Libertas a) omnem excludebat necessitatem inserviendi priuato:

RVSTICORVM PER GERMANIAM.

3

priuato: seruitus includebat, adeo, vt nobiles, qui se alterius seruitio cum liberis mancipabant, serui ministriales fierent, de quibus agit HERTIVS de propr. homin. sect. XV. Vnde in LL. Baiuvarior. tit. 6. c. 3. §. 1. apud LINDENBROG, in C. LL. antiqu. p. 412. dicitur: *Vt nullum liberum sine mortali crimen liceat inservire, nec de hereditate sua expellere. Sed liberi, qui iustis legibus deseruiunt, sine impedimento hereditates suas possideant.* ♂) Possidebant liberi allodia iure perpetuae proprietatis, non item serui, alienis agris colendis inhærentes. Sed pedetentim mitigata seruitus: libertas vero facta addictior, vt gradus suos æque vt apud Romanos, receperit. Inde supremus libertatis gradus dicendus, qui omne prorsus vinculum priuatum seruile ignorat; infimus, vero, qui seruitus antiquæ nexum in plurimis retinuit, eo lo-
lo excepto, quod proprietas in ipsum corpus sublata, & ita solenni manumissione non sit opus; interim tamen ad seruitia seruilia adeo adhuc adstricta, vt fere conditionem propriorum hominum referre videatur, quosum pertinent rustici, quoad statum quidem suo modo liberi, sed adhuc in prædiis rusticis sedentes, qui sub iugo antiquarum operarum indeterminatarum, censuum aliarumque præstationum seruiliū gemunt, quamuis, si discedere, prædiūque rusticū relinquere quam vetera onera subire malint, manumissionis literis non indigeant, eorumque liberis, ad ciuitatum commercia & opificium collegia transeuntibus, nulla nota seruitutis iniuri & obiici queat. Atque hanc libertatem imperfetam dicendam esse existimo, quod proxime ad seruitutis ingum accedat, & magis speciem,

A 2

quam

4. DE IMPERFECTA LIBERTATE

media.

Rustici quo-
modo liberi
facti?

an per manu-
missionem?

quam verum libertatis usum habeat. *Intermedium* gradum illa libertatis species tenet, quæ rusticos a plerisque oneribus seruilibus immunes praestitit, & duntaxat quibusdam præstationibus operisque determinatis seruilibus subiecit, quorum status longe præstantior præ illis est, qui in *infimo* libertatis subsistunt gradu.

§. II. Quemadmodum vero rusticorum conditio olim seruilis in Germania fuit, ut maxima eorum pars adhuc hodie idem iugum subire cogatur; ita de immutato rusticorum plurimorum statu non omnium quidem eadem est sententia, ut tamen interpretes plerique in eo confident conueniantque, rusticorum liberorum maiores per Saxoniam aliasque prouincias esse manumissos, seu expressa dominorum voluntate a potestate herili secundum quid dimissos, & ita eorum posteros *libertorum* instar iudicandos esse. Neque tamen hac opinatio destituta est difficultatibus, quin potius grauissimis inuoluta scopulis. Deinde etiam hoc in controuersiam deducitur: qui factum fuerit, ut tam diuersa rusticorum conditio introducta, tam diuersæ eorum leges, præstations, mores? Vnde factum, ut alii maxime imperfectum libertatis gradum obtinuerint, vt ne quidem *ius mortuarii* in iis vbiique cessauerit; alii vero meliorem conditionem induerint, parumque seruiliū onerum retinuerint? Denique magnos quoque fluctus illi mouerunt interpretes, qui quævis instituta prædiorum rusticorum atque ipsorum agricolarum statum vnicce ad *iuris Romani* placita examineare, & conferendo rusticos nostros cum

cum seruis Romanis quoscunque liberos pronunciare
voluerunt, & ita argumentum a liberis Romanis ad
an cum seruis
operas rusticorum trahi posse, censem cum IOANNE con-
ferendi?

FRANCISCO BALTHASARE, ICTO SALISBURGENSI, in tract. de
operis subditorum cap. I. pag. 4. quorum in censu quo-
que plures alii sunt. Quia itaque rei Germanicae in-
terest, vt status rusticorum, quos liberos pronuntiant,
paulo accuratius sub examen reuocetur, & non ex per-
egrinis, sed propriis & domesticis principiis excutiatur,
quo de obligatione eorum ad operas & præstationes
antiquas eo curatus possit ferri iudicium: operam
haud inanem me suscepturnum esse arbitratus sum, si
publico examini, quod, statutis Facultatis Iuridice
iubentibus, mihi iam subeundum est, doctrinam iuri
Germanico propriam de imperfæcta rusticorum, quos
liberos vocant, libertate in Germania exponerem, idque
potissimum agerem, vt iura peregrina ab his præsepi-
bus domesticis arcerem, rationes iuris vnicce ex fonti-
bus iuris Germanici petiturus. Id vt eo felicius & fa-
cilius procedat, neesse est, vt (I.) status antiquus ru-
sticorum Germanorum seruili in scenam producatur:
(II.) occasiones detegantur, quibus plurimi ad liberta-
tis quandam gradum medium vel infimum deduci fu-
rent, insignis vero, immo maxima pars eorum statui
seruili obnoxia manferit: (III.) conclusiones inde le-
gitimæ deducantur, in controuersiis quotidianis fo-
rensis insignem prestantes utilitatem, lucemque
obscurissimis quæstionibus adferentes.

§. III. Ante omnia vero hic repeto & præmit-
to, quod iam §. præc. monui, causam rusticorum ho-

Principia iu-
ris Germanici
in hoc thema-
te obseruanda.

A 3

6 DE IMPERFECTA LIBERTATE

dierorum, quadam libertate gaudentium, minime
agendam ex iure Romano; sed potius ex antiquita-
tibus Germaniae, diplomatibus, testimoniosisque eo-
rum, qui res Germanicas scripserunt, decidendam at-
que pertractandam esse. Agnoverunt hoc ipsum Icti
magni nominis, qui iuris Germanici fontes eruerunt,
inter quos primum locum assigno MEVIO, in tradit. Germ.
ex iudicio Me-
viii,

von dem Zustand, Absforderung und verwidter-
ter Absfolge der Bauers-Leute, qu. princip. i. n. 2. hunc
 nærum plurimi; familiarem hoc modo depingenti:
 Wie der mehrere Theil derer, so den Titul eines
 Rechts-Gelahrten sich ammassen, der Unart ist, daß,
 wenn sie von denen Dingen und Gewohnheiten, so in
 Deutschland sich heutiges Tages begeben, urtheilen sol-
 len, sie auf des Römischen Reichs vor Alters gemachte
 Satzungen und Ordnungen alleine sehen; daben aber
 vergessen, daß die Zeiten und mit denselben alle Dinge
 veränderlich seyn, darum zum östern weit verfehlen,
 und sich stossen: so geschiehet dasselbige auch in dieser
 Materie, so die Bauers-Leute, wie man zu diesen Zei-
 ten findet, angehet, denen viele alles ohne Unterscheid,
 was man in iure veteri Romano von den agricolis, co-
 lonis adscriptitiis, rusticis und dergleichen Leuten
 liest, appliciren, und darnach ihre Meinung richten;
 da sie doch zuerst diejenige, so an sich ganz unterschie-
 ner condition gewesen, confundiren, und, wenn was
 von jeden gesetz, allein auf heutige Bauers-Leute soll
 gezogen seyn, ihre Unwissenheit an Tag legen, darne-
 ben durch die übel zustimmende application zu vielen
 Weitläufigkeiten, Irrthum und schädlichen opinio-
 nen

nen Anlaß geben. Neque tamen semper hic lCtus memor huius principii fuit, vt passim in *consiliis & decisionibus ad libertos Romanorum prouocet, & p. IV. decif. 271. n. 2. tradat, doceatque, rusticos, libertate quadam gaudentes, aequiparari libertis Romanorum, & ab his ad illos argumentum duci; qualis argumentandi ratio plures errores peperit.* Huic iungendus est CASPAR ZIEGLERVS, *Ziegler,* dissert. de *prædiis censit. ruralibus* §. 20. afferens: *quoad originem (prædiorum censiticorum ruralium) sunt quidam,* qui eam *institutam* Romanorum *dixerunt afferunt.* Nihil enim *ibi placet, nisi quod antiquitatem Romanam refert, proinde que censitas nostros ex Romanorum colonis, adscriptiis propinquatos iactant.* IDEM §. 21. addit: *sed puridum videtur, a Romanis quoquis petere origines.* Olim etiam *VDALRIVS ZASIVS lib. II. singular. resp. cap. VII. n. 8. ita censuit: sic serui anonymi in nostra Germania, homines proprii dicti, nec adscripti, nec coloni, nec capite censi, nec statu liberi, nec liberti sunt, de omnium tamen natura aliquid participam: euidente sane arguento, statum rusticorum aliunde arcessendum esse.* Pariter ANDREAS OCKELIUS de *prescript. immemor. cap. II. th. 7. hac de Ockelii,* re ita censuit: *cum homines proprii Germanorum & seruis Romanis differant, male leges iuris Romani tam occidentalis quam orientalis, b. e. cum statutis & moribus Grecorum populorum, quoad statum seruorum, commixti, huic controvrsie decidenda indistincte applicantur.* In eandem sententiam quoque transit IOAN. ADOLPH. MEINDERS in *trad. de orig. & progressu, natura & moderno statu nobilitatis & seruitutis in Westphalia* diff. II. pag. 94. aitque: *ex quo colligitur & simul sequitur, conditio-*

8 DE IMPERFECTA LIBERTATE

Friderici I. re-
gis Porussia.

conditionem horum rusticorum, sive colonorum, non ex iure Romano, sed ex moribus & consuetudinibus locorum, nec non ex LL. patriis & constitutionibus provincialibus & contractibus emphyteuticis sive pactis & conuentis in scripturam redditis esse estimandam & metiendam. Ideoque contiouer-
sias de hoc iure subortas ex hisce moribus & statutis, non ex iure Romano esse iudicandas & decidendas. Adfert idem
ICTus in seqq; sanctionem pragmaticam FRIDERICI, re-
gis Porussiae gloriose memoris, de anno 1705, in cu-
ius verbis proemialibus refertur, antehac discepta-
tum fuisse: nach welchen Rechten solche contiouer-
sien zu entscheiden, ob dieselbe nach denen gemeinen
Römischen Rechten, oder nach denen Landes-con-
stitutionen und Gerechtigkeit decidiret werden müs-
sen? Sapienter vero & provide rex potentissimus consti-
tuit: So setzen und ordnen wir, daß in genere die con-
trouers, so unter unsren Erb-Mayerstättischen Un-
terthanen, als welche aus dem Eigenthum meh-
rentheils herrühren, und genauer als die Römi-
sche Emphyteute oder Erb-Zins-Leute laut denen al-
ten Erb-Mayer-Briefen eingeschrencket worden,
nicht nach den gemeinen geschriebenen Rechten, son-
dern nach der alten Jülichen Policiey-Ordnung ic.
sodann nach alter hergebrachter Landes-Ge-
wohnheit (quibus verbis antiqua iura Germanica de-
signantur) und denen alten Erb-Mayer-Briefen de-
cidirt und abgethan werden sollen.

Delectus au-
torum in hoc
thematice ha-
bendus.

§. IV. Huic obseruationi etiam hæc iungenda
est cautio, vt delectus in euoluendis auctoribus ha-
beatur, qui de iuribus & obligationibus rusticorum
varia

RVSTICORVM PER GERMANIAM.

varia ediderunt opuscula. Generatim de potioribus
rei rusticæ in Germania scriptoribus consulendus est Dn.
IOH. WILHELM. GOEBELIVS in diss. de singular. quibusdam
prædiis rusticorum, que sunt in terris Brunsuico-Lunebur-
gicis & vicinia. Hi omnes tamen in duas classes secer-
ni possunt, quorum quidam adhuc nimium lambunt
riulos alienos, ex fontibus iuris Romani deductos;
quidam vero proprius ad instituta Germanica moresque
antiquos accedunt. Principem inter omnes lo- prima classis.
cum tenet ill. huius academiæ Cancellarius Dn. de
LVDEWIG de iure clientel. Germanor. in feudis & coloniis,
vt pote qui non tantum in hac, sed in omnibus aliis
iurium doctrinis differentias iuris Romani & Germanici
exacte docuit, & ex intimis eruit antiquitatibus, ma-
gno jurisprudentia hodiernæ commodo inferuen-
tes. Huic iuri debent HERTIVS & THOMASIVS de ho-
mibus propriis, & prædictus Dn. GOEBELIVS tum cit.
dissert. tum in tr. de iure & iudic. rusticorum fori Germa-
nici. Optime quoque supra laudatus MEIVVS in tr.
vom Zustand der Bauers-Leute, plerasque difficulta-
tes eruit, cuius etiam vestigia legit Dn. DAVID
GEORG. STRVBE in comment. de iure villicorum, vulgo vom
Mayerrecht. Nec silentio prætereundi IOH. ADOLPH.
MEINDERS in antea laudato tract. & Dn. IOH. GEORG.
PERTSCHIVS de diuis. operarum in determinatas & indeter-
minatas; POTGIESSERVIS de condit. & statu seruorum apud
Germanos tam veteri quam novo, qui id maxime ege-
runt, vt statum rusticorum Germanicorum non a Ro-
manis seruis vel libertis, sed ex legibus domesticis re-
peterent, id quod etiam factum est in diss. Dn. PRAESI-

B

DIS

10 DE IMPERFECTA LIBERTATE

DIS de iure & statu hominum proprietorum a seruis Germ. non
secunda classis. Rom. deriuando. Priori classi quoque plures nomen
subscriperunt, ex quibus tantum paucos referre li-
ceat, cum maior eorum quam classis ante relatæ nume-
rus sit. Mentionem iam antea feci I^oCti Salisburgensis,
BALTHASARIS de operis subditorum, in plura deuia lapsi,
quandoque tamen rem acu tangentis; quod etiam
dicendum est de STRVIO de operis & seruitiis rusticor.
IOH. HERM. STAMMIO de seruit. pers. IOH. FRID. HVSANO
de seruis & hominibus propriis; IDONA EVCHARIO ERHARD-
TO de operis rusticorum, qui tres cum HIPPOLITHO BO-
NACOSSA de seruis & famulis anno 1699. coniunctim edi-
ti; caute tamen legendi sunt. Edidit quoque IOH.
ANDR. FROMMANN diff. de subditorum & maxime rusticor.
rum operis, item IOH. VOLCKMANNVS BECHMANN de iure
operarum, in vtroque tamen praeiudicium auctorita-
tis iuris Romani magnopere adhuc prædominatur.
De qualitate bonorum rusticorum vt plurimum lau-
daris olet IVSTVS HAHN de iure colonario sue perpetuae col-
onie. Quid vero sani ab eo expectari potuit, qui nil
nisi leges Romanas vbique crepat, & contorte ad
modum tenendi prædia rustica applicat, atque in nostris
rusticis antiquos emphyteutas Romanos reuixisse cre-
dit.

Tempore Ta-
citi duo seruo-
rum genera,
§. V. Antequam vero de libertate imperfecta ru-
sticorum in Germania legitimate agi queat, necesse est, vt
paucis de seruis & mancipiis Germanorum quedam præ-
mittantur. Tempore TACITI seruorum duo genera fuisse,
constat, quorum alterum in adstrictissima & durissi-
ma seruitute; alterum vero in statu seruili paulo lenio-

ri

RVSTICORVM PER GERMANIAM. II

ri consistebat. Illuc pertinebant 1.) ab hostibus capti in durissimam seruitutem abiecti, quod vel Variana clades demonstrat, teste SENECA epist. 27. aiente: *Ex Variana clade quam multos splendidissime natos, senariorum per militiam auspicantes gradum fortuna depresso, alium ex illis passorem, alium custodem fecere Germani:* 2.) qui ludo victi dispendium libertatis fecerant, de quibus TACITVS de moribus Germ. cap. 24. & 25. hæc habet: *Victus voluntariam seruitutem adit, quamvis iunior, quamvis robustior, alligari se ac venire patitur. Ea est in re prava peruvacia: ipsi fidem vocant. Seruos conditionis huius (durissimæ scilicet, & ab aliorum seruorum conditione diuersa) per commercia tradunt, (Romanis maxime, qui Germanos seruos in summo habebant pretio variis ex caussis;) vt se quoque pudore victorie exsoluant. Ab his TACITVS distinguit seruos ruri colendo prefectos, & ex infima plebe probabili- ter ad hanc seruitutem tractos, quod, qui aliter se suosque sustentare haud possent, sed aliorum indige- rent auxilio, sponte se in hanc seruitutem perpetuam dominis tradarent, eisque pro necessitate domestica seruirent, leniori hac de causa imperio constringendi. TACITVS c. l. hos ipsos tum a prioris generis seruis, tum a seruis Romanis accurate distinguit, vt tam simul doceat, eos iure Germanico veros seruos fuisse, cum sicuti libertas, ita etiam seruitus gradus admittat, & pro cuiusvis populi institutis variam recipiat determinationem. Ceteris seruis, ait TACITVS cap. 25. non in nostrum morem descriptis per familiam misericordias utiuntur, suam quisque sedem, suos penates regit.*

B 2

frumentum
aliterum gen-
nus culture
agri inferui-
ens.

12 DE IMPERFECTA LIBERTATE

Vita Germanorum militaris;

agraria.

frumentum modum dominus, aut pecoris, aut vestis ut colono iniungit: & seruus hancenius paret. Cetera domus officia vxor & liberi exequuntur. Atque hoc ipsum tantum dominum & seruum distinguebat, non liberalior aut elegantior educatio. Rursus TACITVS cap. 20. testis est: Dominum ac seruum nullis educationis deliciis dignoscas. Inter eadem pecora: in eadem humo degunt, donec etas separat ingenuos, virtusque agnoscat. Sicuti autem Germanorum vita genus in duobus consistebat: in vita nimirum militari & agraria; ita ingenui rei militari tantum dabant operam, curam agrorum vero remque domesticam foeminas senibusque & infirmissimo cuique ex familia teste EODEM cap. 15. delegabant, quod tamen tantum de primaria cura intelligendum, cum serui rusticani operas seruiles in agro colendo praestarent. Non tamen more Romanorum agros & arua iure perpetuo dominii possidebant, aut modum artificiale colendi agros seruabant, sed sedes sepius cum agris mutabant. Ait TACITVS cap. 26. Agri pro numero cultorum ab uniuersis per vices occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiantur; facilitatem partiendi camporum spatia praestant. Arua per annos mutant, & superest ager. Nec enim cum ubertate & amplitudine soli labore contendunt, ut pomaria conseruant, & prata separant, & horros rigent: (more Romano) sola terra seges imperatur. Id evidenter declarat CAESAR l. IV. de bello Gall. cap. 1. atque de Suevis enarrat: Ex pagis quotannis singula millia armorum bellandi caussa suis ex finibus educunt, reliqui domi manent, pro se atque illis colant. Hi rursus inueniunt anno post in armis sunt, illi

RVSTICORVM PER GERMANIAM. 13

illi domi remanent. Sic neque agricultura, neque ratio, neque usus belli intermittitur; sed priuati ac separati agri apud eos nihil est, neque longius anno remanere uno in loco incolendi causa licet. Ex his quoque explicari deber, quæ CAESAR I. VI. de bello Gall. cap. 22. tradit: Agriculturæ non student (i. e. more artificiali Romanorum, prædia rustica eleganter instruēta in deliciis habentium) maiorque pars victus eorum lacte & caseo & carne consūbit. Neque quisquam agri modum certum aut fines proprios habet, sed magistratus & principes in annos singulos gentibus cognationibusque hominum (vnde tot populi diuersi Germanorum, inter se cognatione iuncti, & a TACITO relati, ortum traxere) qui una coierunt, quantum eis, & quo loco visum est, attribuunt agri, atque anno post alio transire cogunt.

§. VI. Hæc informis agri colendi ratio atque Agri stabiles instabilis sub Franci pedetentim immutata est, post apud Francos, quam hi, relicto more maiorum, sedes certas stabilesque sibi suisque constituerunt, teste AGATHIA I. I. hist. Sunt Franci nequaquam campestres aut vagi, ut plerique barbarorum. Præterea vero rem domesticam seruorum massumque agrarium magnopere auxit, & emendauit ior copia mancipiorum ingens copia, quorum acquirendorum Francis varia suppeditabatur occasio, in primis bellica, vnde tot millia hominum deuictorum in seruitatem tracti sunt. Cruentissima Alamannorum clades in Alamania; sub CLODOVAEO hoc ipsum testatur, ex qua Alamania; seruis abundare cœpit. Huc sine dubio respexit VADIANVS in epist. ad Henricum Bullingerum, relatus a GOL- DASTO tom. II. rer. Alam. pag. 60. in fine: Plena fuit seruis & ser-

Saxonie.

Sequi casati

coloni dicti

& seruitutibus quondam Alamannia nostra, cuius magna pars hodie Helvetia est: nec est, quod sciam, montanus pagus aliquis Helveticus, qui rebus Francorum florentibus durissimam illam seruitutem non seruerit. Paria fata sub CAROLO M. Saxones habuerunt, ut recte obseruat Dn. ESTOR in comment. de ministerialibus cap. 2. §. 84. indeque §. 85. causam deriuat, quare hodienum per totam Westphalam ac vicinas oras in Holstiam usque vigerit, & adhuc hodie durer dura rusticorum conditio, quod haec terræ etiam ad Saxoniam pertinuerint. Proceres quidem & nobiles libertatis pristinæ statum retinuerunt, cum legibus patriis, ut ANONYMVS POETA ad annum 803. canit. Ast vero id intelliginequit de tot millibus a CAROLO M. captis, ac per Galliam & Germaniam distributis, teste EGINHARDO cap. 7. Multo minus hoc privelegium libertatis applicari potuit ad mancipationem Saxonum, quos iam dudum rei agrariae & curæ domesticæ præfecerant. Vnde sub regimine Francorum serui distinguebantur in rusticanos seu casatos, & non-casatos, de qua differentia plenius actum in dist. Dn. PRAESID. de statu & iure hom. propr. a seru. Germ. non Rom. deriuando cap. 1. § 6. & seqq. Illi rus colebant, casam suam inhabitantes, operasque indictas domino præstabant, atque varios census imperatos inde soluebant; singuli præterea certum agrorum modum colendi gratia accipiebant, proprietate penes dominum remanente. Scriptores eosdem etiam passim colonos, appellatione a Romanis tracta, vocarunt, quamuis ea de causa cum colonis Romanis haud conferendi sint. Immo sine dubio hoc tracta est Germanorum appellatio der Bauern a hqnen;

bauen, das sie das Land bauen, dictorum. qui olim omnes seruiliis conditionis fuerunt, ut tot infinita diplomata demonstrant. Nam (1) cum agris & fundis venditi cum fundis debantur, ut docet diploma apud GOLDASTVM t. II. rever. Alamann. p. 38. n. 41. ubi haec notabilis formula occurrit: Tradimus S. Galloni virginis iugos &c. & de COLONIS meis Erfordiis cum uxore sua & cum omni appertinentia sua, cum casa & cum terra & cum omnibus suis: & alium SERVVM, nomine Waldoisum cum casa, cum terra, & cum omnibus ad eum pertinentibus. Ex his verbis liquet, colonos seruosque vnius eiusdemque conditionis fuisse; quod & obseruat CANGIVS in gloss. mediis avi, voce colonus, vtut simul obseruet, quandoque in legibus Alamannicis mentionem occurrere liberorum ecclesiasticorum, quos colonos vocarunt, inde forsan ita dictos, quod ratione originis liberi essent, rus tamen colendum cum consuetis seruitiis accepissent, & sic spontanea voluntate in seruitutem quandam tracti, prout adhuc hodie multis in locis usitatum est, indeque nata iuris parceria: Die Lüfft macht eigen, vel in Holsatia: Tritst du mein Sun, so wirst du mein Sahn. Tales olim certo respectu liberi ratione originis dicebantur, paulo melioris adhuc conditionis, ac quidem serui originarii. Hac de causa quandoque liti & coloni distinguuntur in diplomatis apud SCHATENIVM in annal. Paderbornenf. ad annum 888. p. 213. & ad annum 922. p. 258. item apud ill. Dn. de LVDEWIG tom. VII. reliqq. pag. 434. & 438. ut tamen & que coloni ac liti aliquae serui cum praediis agrisque venditi, atque pretio interueniente alienati fuerint. (2) Nihil proprii habebant, nec sibi nihil proprii habentes, acqui-

acquirebant, nisi quoad usum vite necessarium: cuius iuris rudera in jure mortuario adhuc supersunt, Illustrant hoc ipsum traditiones *Fuldenses* a SCHANNATTO editae, vbi frequentissime occurrit haec formula, speciatim N. 383. 387. 395. 423. 449. 462. 467. 468. &c. cum omnibus mancipiis, quorum nomina hec sunt: &c. cum omni eorum supellectili & sumtu. Pariter N. 452. cum uxore sua, infantibus, & manso. Similiter N. 437. & 506. cum omni elaboratu eorum, & N. 392. unam seruilem hubam & duo pueri. Notabilis denique est formula N. 522. cum mancipiis, his nominibus: *Werenbæhre* & *vxor eius Ofsanna* cum *filiis suis* & omnibus ad se iuste & legaliter pertinentibus man sis. Hisce opponebantur non *caſati*, qui & ministeriales & gassindi vocati sunt, qui ad nostram non adeo pertinent meditationem.

§. VII. Antiqui Saxones rusticanos huiusmodi seruos etiam *lassis*, *latos*, *lazos* vel *litos* vocarunt. Testis est *NITHARDVS I. IV. hist. Franc.* Gens Saxonum omnis in tribus ordinibus diuisa consistit. Sunt enim inter illos *Edelingi*, sunt qui *Frilingi*, sunt qui *LASSI* illorum lingua dicuntur; *Latina* vero lingua hoc sunt *nobiles*, *ingenui*, *seruiles*. Recte *ECCARDVS* in comment. ad *pacium legis Salicæ* p. 30. me iudice obſeruat: *sub Edelingis proceres Germanie, principes ac comites majori nobilitatis gradu conspicuos; sub ingenuis vero intelligendos esse nobiles inferiores*, qui olim a potiori *ingenii* & *liberi* vocati sunt, quod etiam obſeruat *IOH. ADAM. KOPPIVS* de differentia inter *comites* & *nobiles immediatos* p. 17. seqq. His opponebantur *seruiles homines lassi* vel *lazzi*, male a quibusdam cum *libertis* collati, qui potius *frilazzi* vocati

*serui non
caſati.*

*Lassi & liti
apud Saxon-*
nes.

cati sunt. Seruilem eorum statum innuunt 1) DIPLO-
MATA, vt de anno 865. apud SCHATENIVM in annal. Paderb.
pag. 158. ibi: cum familiis sexaginta, qui lingua eorum lazzi
dicuntur. Passim vero ex aliis diplomatibus constat,
appellatione *familia rusticana* mancipia intellecta fuisse.
Vid. SCHATEN. c. I. p. 195. &c. 2) LEGES ANTIQVÆ
GERMANORVM. Hoc innuit lex antiqua Brunsuicensis
apud LEIBNIT. tom. III. script. Brunsuicens. p. 437. Ein La-
te offte egheman mag nit nehmen Heervede noch
Erve eines Borghers in der Stad. Pariter in const. du-
cis HENRICI de anno 1433. rursus Laten & eigene Leute
pro synonymis accipiuntur apud SCHOTTELIVM de an-
tiquis in Germ. iuribus P. II. §. 13. 3) DISTINCTIO AB IN-
GENVIS. Id liquet ex dipl. LVDOVICI imp. de anno 855.
apud SCHATENIVM cit. I. p. 144. ibi: Aut homines ipsius
cellule ingenuos quam & latos. Denique 4) TESTIMO-
NIA RECENTIORVM. Id illustrant verba ECCARDI c. I.
Lass est seruus, mancipium, homo proprius, vel etiam serua
& ancilla, inde restat nobis formula: *Eigen oder lass*
seyn. Pariter Dn. DITHMARVS in annot. ad Teschenma-
cheri histor. Clivens. p. 87. Erani lassi, inquit, seruorum
genus, qui a seruitiis domesticis dimittebantur, ut agros do-
mini certis conditionibus colerent. Ab his lassis sine dubio
tractus est nouus significatus moralis, quando de pi-
gri & negligente dicitur: Er sen träge, lass, und nach-
läufig, vel, iuxta inferioris Saxoniæ idioma, nahlatig,
quod homines negligentes & pigri non rectius con-
ferri possint, quam cum mancipiis pigerrimis, ad ob-
sequium & seruitia potestate herili cogendis. In Bel-
gio vocantur etiam die *Lanten*, obseruante POTGIES-
C SERO

Lanten in Belgio

In Holsatia
Lansten.

SERO de statu & condit. seru. apud Germ. I. I. cap. III. §. 32. in Holsatia vero die Lansten, quæ appellatio forsitan a Laten deducta, & diversa dialecto transmutata est. Hos ita describit CASPAR. DANCKWERTH in der Schleswigholsteinischen Landes Beschreibung P. I. c. III. p. 22. Lansten seyn, die veste Guter besitzen, wo von der Herrschaft das Eigenthum zustehet; sie werden aber denen Bauren um eine gewisse jährliche Abgiff an Korn zu bauen eingethan, worüber dann noch, wann eine Person, die ein solch Gut bewohnt hat, verstorben, einer von den Söhnen es von neuen, vermittelst einer gewissen Summa Geldes, von der Herrschaft festen, oder Zeit seines Lebens zu genießen und zu gebrauchen erhandeln muß. Olim haec appellatio frequentior fuit quam hodie. Olim vendita sunt prædia nobilium mit altem Grund, bebauet und unbebauet, und Lansten, ut Dn. PRAESES ex documentis in actis deprehensis de annis 1461 & 1464 obseruavit, cuius tenoris chartæ etiam occurunt apud LVNIG. in spicilegi. P. II. p. 400. & 408. vnde liquet, dominos de horum hominum operis disponere, aliisque iure precarii assignare potuisse, manifesto arguento, eorum seruilem conditionem esse, quamvis quidam ex his in quandam libertatem pedentem evicti fuerint. Deriuatio appellationis tamen æque adhuc, ut Belgarum LANTEN, obscura est. Forsitan latine dici possunt lansti, æque ut casati & Holsati. Casati dicti sunt a casas, quod in casa fedabant. Holsati in Gundelingianis P. VI. p. 30. dici existimantur, quasi Oldsaxen vel Saffen, quod veteres inhabitatores huius terræ sint distinguendi ab illis, qui ex his oris in Britan-

Britanniam transmigrarunt, vnde DITHMARVS eos *Holcetos* vocat; quamvis non improbare sit, eos *Oldsatens*, *Oldceten* olim inde fuisse dictos, quod in antiqua patria sua adhuc federent, nec nouas terras quæsuerint in habitatores superstites ex his, qui inde emigrarunt, quod Germanico idiomate contractum, & ex *Oldsas*, *Oldsaten* vel *Oldceten* *Holsten* factum. Paritatione *Insten* dicuntur quasi *Inseten*, seu *inquilini*, die bey andern innissen. Quid ergo impediret, quo minus *Lanseten* dictos fuisse credamus a *Lansaten* vel *Landseten*, die auf iher *Herren Land* gesetzet sind, quod more antiquo domini mancipia fundis suis imposuerint sine villa proprietatis translatione, quod cum definitione DANCKWERTHI supra data conuenit. Et quia dominica potestas perpetuo durat, inde factum, vt continua serie agros hos detinuerint, quod DANCKWERTHVS designat appellatione: *veste Güter besitzen*. Denique ex IOHANNIS LOCCENII lexico iuris Sueo-Gothico, voce *Lan* constat, *Lan* idem, quod *conductum*, *concessum*, vel *commodatum* designasse, quod etiam ad appellationem *Lanseten* commode applicari potest, vt *Lanseten* dicti sint, qui ex nuda concession domini prædia tenent, die aus Vergunst und concession der Herren die Felder besitzen, vt designetur, eos ex sola, & quidem gratuita, concession minorum nullo proprietatis iure predia possidere, atque loco redditum inde perceptorum operas aliosque census dominis præstare. Hanc coniecturam egregie confirmant loca singularia ab ill. Dn. de LVDEWIG de iure client. c. III. §. 2. lit. d. in not. adducta, in primis ex LOCCENII synopse iuris Suecici diff. 5. §. 2. p. 886. vbi plena

20 DE IMPERFECTA LIBERTATE

manu docet, laenen concessionem quandam beneficam de-notare, ex qua possident rustici, die Lansten, prædia-lude adhuc hodie Lehn, quod non tantum feudum, sed quamvis designat concessionem prædiorum, etiam rusticis factam virtute significatus antiqui, ut IDEM EX STIERN-HIELMI glossar. Vlphia Gotlico declarat. Omnes ergo rusticci, etiam serui, mancipia, proprii homines hac appellatione der Lansten designati sunt, nec vlla nos ratio cogit, vt eam liberis rusticis assignemus. Nam æque illi ac hi ex gratuïta domini concessione prædia ru-stica tenent.

§. VIII. Dicti præterea sunt rusticci seruulis con-ditionis lidi, liti, litones, prout obseruat GAERTNERVS in notis ad legem Frisorum p. 16. vnde distinctio orta in-ter viros, Männer, seu ingenuos liberosque; & homines, Leute seu seruos, obseruantibus SCHILTERO exer. 3. in f. corol. 1. & LAVTERE ad tit. de statu hominum §. 20. Il-lustrat hanc diuisionem constir. HENRICI ducis Brunswic. & Luneburg. de anno 1433. apud SCHOTTELIVM de antiquis in German. iur. cap. 2. §. 13. in qua die Mannen opponuntur denen eigenen Leuten. Etiam in diplomatis bushi serui sæpiissime HOMINES viriusque sexus, maiores ac mi-nores, senes ac iuuenes generatim appellantur, vt apud SCHATENIUM in annal. Paderb. ad annum 844. p. 128. Auxe-runt numerum seruorum in Germania Slani sub iu-gum redacti, & in seruitutem tracti, adeo vt post HENRICI AVCVPIS tempora mancipia teutonica & Slauani-ca passim memorentur, vt in diplomate OTTONIS I. de anno 901. apud SAGITTARIVM in antiquit. Magdeb. §. 50. & varia seruo-rum conditio. 75. Nata inde varia conditio seruorum sæpius distinctorum

Slavi.

varia seruo-rum conditio.

RVSTICORVM PER GERMANIAM. 21

ctorum, ut in diplomate OTTONIS I. de anno 933. apud ill.
de LVDEWIG in iure clientel. sed. I. cap. V. §. 2. in not. lit. a.
vbi hæc formula: Prædium in proprietatem damus cum
familia lassorum XVIII. seruorum XX. litorum VIII. colono et-
iam uno; omnes tamen in eo convenerunt, quod es-
sent seruiliis conditionis, quod tum appellatio familie
designat, tum diploma HENRICI II. apud SCHATE-
NIVM ad annum 1039. pag. sis. & apud PISTORIVM T. III.
p. 822. in quo franci & liberi opponuntur ecclesiasticis
litonibus, maalmannis, vel seruis CIVIVS LIBET CONDITIONIS
seu colonis, qui vþplurimum a diuersis præstatio-
nibus nomen acceperunt, sicuti maalmanni a censibus
certo tempore præstandis appellationem acce-
perunt, obseruante ANTONIO MATTHEI de nobilit. l. IV.
cap. 23. p. 1081. De ipsis horum seruorum præstatio-
nibus, operis ad lubitum domini indictis, aliisque
oneribus actum est in differt. DN. PRAESID supra cit. pro-
lixius.

§. IX. Quia vero palam est & conclamatum,
hodiernis temporibus rusticos, prædia rustica tenen-
tes variisque oneribus subiectos, duorum esse gene-
rum, quorum quidam adhuc antiquam seruunt ser-
uitutem; quidam vero libertate quadam quoad statum
gaudent; ita ratio ordinis nunc postulat, vt inqui-
ramus, quomodo rustici non particulares tantum, sed
alicubi omnes per totam prouinciam in libertatem
euecti fuerint? Ordinarius seruos libertate donandi
modus est MANVMISSIO, seu ex potestate dominica dimis-
so, quæ antiquitus haud incognita fuit, prout ple-
nissim POTGIESSERVUS de statu & condit. seru. apud Germ.

Manumissio
seruorum
apud Germa-
nos,

autem
de indecori
et audire
audiri

I. III. ostendit atque illustrat. Iam TACITVS LIBERTORVM mentionem fecit cap. 25. de mor. Germ. aiens: *Liberi non multum supra seruos sunt; raro aliquod momentum in domo, nunquam in ciuitate, exceptis iis gentibus, quae reguntur.* His verbis designat diuersam rationem libertorum apud Romanos & Germanos, ut & apud gentes a Romanis deuictas, moris Romani iam assuefactas, & ceteros Germanos liberos. Apud hos *liberti* in vilissima conditione subsistebant, ut, licet operis rusticis soluti, tamen eorum ratio in republica non adeo haberetur. Vnde probabile est, *rariores manumissiones* eo tempore fuisse, quod parum libertis prouident, vt plurimum vero obessent, quod aliunde quam ex agricultura se sustentare haud possent. Idem obseruat GEORGIVS BEYER in delin. iur. Germ. cap. I. §. 4. asseritque, verisimile esse, ante tempora Carolingorum non adeo in Germania magna frequentatas fuisse manumissiones, (quod vrbes deficerent) aut seruos, vtpote forte sua contentos, ad libertatem valde adspirasse. Idem præterea prolixius illustrat Dn. PERTSCH in diff. de diuisione operarum in determ. & inde term. §. 30. alios vt non tangam. Scendum tamen est, manumissiones has, postquam frequentari coeperunt, haud applicari posse ad rusticos hodier nos libertatis participes factos, atque vt plurimum antiquis *oneribus seruilibus* subiectos, a quibus olim soluebantur manumissi, & de praediis decedere cogebantur. Σιδηρόξυλον olim habitum fuit, liberum esse, operis tamen seruilibus pristinis in casa rustica subiectum. Optime hoc obseruat ANTONIVS MATTHAEI

que etiam li-
berabat ab o-
neribus serui-
libus.

RVSTICORVM PER GERMANIAM. 23

THAEI L. IV. de nobilit. cap. 23. p. 1081. Aegre etiam manumissi. & vix pretio non dato. Nec mirum; multum manumissioni detrahebat manumisso hæc. Perdebat ius in mancipium, quod non exiguum, sed ingens. Perdebat operas, seruitia. Perdebat censem quotannis. Ipfæ manumissionum formulæ hoc comprobant, vt apud GOLDASTVM T. II. rerum Alamann. p. 27. N. 7. Ita vt deinceps nec mibi nec successoribus meis ullum debeat noxie conditionis seruitium, neque aliquod libertatis obsequium, sed omnibus diebus vita sue sub certa ingenuitate, sicuti alii ciues Romani, per hunc manumissionis aut ingenuitatris titulum bene semper ingenuis, atque securus existat, siuumque peculiare, quod habet aut quod adhuc acquiri poterit, faciat inde secundum canoniam liberatem, quicquid voluerit. Antiquiores formulas refert MARCVLFVS apud BALVZIVM tom. II. capitul. p. 387. 423. 444. 945. & 1498. inter quas hæc notanda clausula: vt nulli heredum vel proheredum nostrorum vel cuiuscunque seruitium impendas. In formulis a POTGIESSERO relatis sœpe occurrit hæc expressio: ab omni iugo seruitus eum absoluimus. Quæ omnes formulæ indicium præbent, manumissionis prædia antiqua rustica derelinquerre coactos fuisse, ab operis tanen & præstationibus seruilibus regulariter prorsus solutos; quo ipso non poterat non domino ingens præiudicium adferri. Etiam olim, qui insignem agrorum modum possidebant, mancipiorum horum operis carere haud poterant, adeoque necesse erat, vt copia rusticorum abundantarent. Etiam olim obtinebat sententia ill. Dn. de LVDEWIG de iure client. scđ. III. cap. 2. §. 2. in not. l. a. Vulgi sermone dicitur, fundum, qui angaris, censitis, emphrytensis, hominibus propriis, seruitiusque glebae adscriptis destituantur.

euatur, aubus conferendum deplumatis, vel equis carenti ariæ. Ein Gut, das kein Hof- und Frohn-Dienst hätte, wäre ein Vogel ohne Flügel, ein Fuhrmann ohne Pferd. Wer alles Feld durch Mieth-Leute bauen wolte, der schöpfste Wasser mit einem Sieb, quoniam fructus abirent in operariorum mercedem.

Manumissio-
nis fuit esse.
Etus, vt rus de-
serere cogere-
tur seruus.

ad casam re-
diens seruus
natus fiebat,

aliquando li-
berales opera
reseruabantur,

§. X. Effectus huius manumissionis ergo primarius erat: 1) vt manumissus rus deferere cogereur, rusticumque exueret statum. Si ad priores casas reverti manumissio conducibile videbatur, a domino admissus ad priorem redibat statum, id quod etiam in diplomatis manumissionum nonnunquam adieatum, teste VADIANO apud GOLDASTVM tom. III. rerum Alamann. p. 56. Ut, qui manumissus est, tamdu libertate fruatur, quamdu extra solum & PATRIAM SERVVTI OBNOXIAM agit: quodsi redierit, pristino seruitutis iugo subiciatur, & vere seruus existat. Ipso facto enim rursus se ad priores operas & prestations obligabat, quibus omnes æqualiter rustici subiecti erant, adeo vt inde natum sit vulgatum illud, supra iam relatum: Die Lust macht eigin. Plerumque qui ita manumittebantur, clericali vitæ se addicebant, cuius gratia plereque manumissions factæ, quamvis etiam ciuitatibus conditis, nonnulli in urbem sese recipiarent, ciuiumque numero infererentur, modo non essent Slatice originis, quibus etiam manumissis in perisse urbibus ius ciuitatis denegatum est. Licet vero 2) nonnunquam domini in litteris manumissionis sibi quasdam operas reseruarent; haec tamen non seruiles

seruiles erant, sed *liberales*, vt cum statu libertatis
 optime consistere possent, quod ex tit. X. de seruis non
 ordin, liquet, vnde edocemur, dominos *operas spiritu-
 tales* nonnunquam sibi reseruasse. Vix ergo pro-
 babile est, in Germania, *saluis operis seruilibus, censi-
 bus, reliquisque præstationibus*, rusticos manumissos fuisse,
 quod hoc ipsum contradictorium videretur. Id ta-^{non seruiles,}
 men sibi aliisque persuadere voluit VADIANVS c. l. his
 verbis: *Optima quidem erat conditio illorum, qui coram
 rege manumisi essent, tametsi & regiis libertis plerumque
 seruiles opere imponerentur, sicuti ecclesiasticis.* Calcu-
 lo suo idem confirmat B. THOMASIVS de *usu prædicto*
 distinct. inter *ingen. & libertos*, cap. 2. §. 15. atiens: *Vero-
 simile est, dominos manumittentes quandoque a talibus li-
 bertis operas rusticas vel alias sibi reseruasse.* Hoc vero
 vel *ideo improbabile est*, quia antiquis temporibus
 seruiles operas præstantes non possent non esse ser-
 ui, adeoque talis manumissio, quæ fiebat *saluis operis*
 seruilibus, *umbram tantum manumissionis*, non rem
 ipsam habuisset, iugo seruili non sublato. Optan-
 dum sane fuisse, vt VADIANVS, quem plerique sequun-
 tur, idoneis exemplis sententiam suam comprobas-
 set, que tamen haud adduxit. *Quocirca vix assen-
 sum meretur, quod rursus VADIANVS c. l. asserit: Ra-
 ro sane episcopi vel abbates ita manumiserunt, ut omni
 prorsus nexus seruos eximerent; nisi forsan hoc de tali
 nexus intelligatur, qui ab *operis seruilitas* rusticorum
 alienus erat.* Quod si enim a prælatis hoc modo ma-
 numissiones fieri potuissent, iis haud interdictæ illæ
 fuisse; id quod tamen factum fuisse, docet GRATIA-

NVS in can. 30. C. 12. qu. 2. (CONF. BALVZIVS T. II. capitulo
lariuum p. 366. cap. 15.) quia alioquin ecclesia nullum fe-
cisset dispendium, ob quod tamen manumissiones

**He manumi-
siones tantum
particulares
faere**

interdictæ. Denique 3) manumissionum exempla &
litteræ euincunt, particulares tantum manumissiones,
non universales olim obtinuisse. In his manumissio-
num literis, que afferuntur, certæ personæ, vel ad mi-
nimum pauciorum tantum fit mentio; neque enim
constat, omnem seruorum gregem a domino quo-
dam manumissum fuisse. Huc tamen collineasse vi-
dentur POTGIESSER. de statu & condit. seruor. apud Germ.
L. III. cap. II. §. 7. HERTIVS de propriis homin. scil. i. §. 7.
THOMASIVS c. l. §. 22. existimantes, ex his manumissio-
nibus forsitan tot hominum differentias enatas, & re-
latas a CHRISTOPH. BROWWERO L. III. antiqu. Fuldenf.
cap. II. quod apud Hennenbergicos Fuldenfis ecclie-
sæ monasterium litos LXIX. seruatores LXXXIX. Saxones
XVII. Slauos LXXV. colonos XXX. tributarios XXXIX.
numerauerit. Quinam vero ex his libertorum familiæ
annumerari debeant, haud demonstrant au-
tores prælaudati, quin potius certum est, variam fu-
isse conditionem seruorum diversis appellationibus
designatorum, qui a BROWWERO enumerantur, prout
supra §. 8. fin. ex diplomate HENRICI II. de anno 1039. ostendit
est. Slavi enim durissimam seruiebant seruitu-
tem, & serui Saxones noti erant in perpetuam seruitu-
tem abrepti CAROLI M. temporibus, quorum prosa-
pia hoc nomine designata fuit. Conf. MEINDERS de
orig. progr. & statu nobilit. & seruit. in Westphalia pag. 165.
Rursus litorum conditio æque seruulis erat, quod su-
pra

pra§. VII. ostensum; nec alia colonorum ratio, nisi quod mitigatæ subesseat seruituti. Denique tributariorum tuisse videntur veteres terrarum incoleæ, qui a Francis deuicti sub iugum redacti sunt, grauissimo onerati tributo, teste CANGIO in glossar. voce tributariorum, adeoque si hi non penitus secus annumerandi sunt, liberorum tamen numero minime censerit queunt. Tantum ergo abest, sub his variis speciebus obnoxiorum hominum libertos deprehendi, vt potius inde apparet, tales libertos, quos sibi vulgo concipiunt, in cognitos fuisse.

§ XI. Cum vero integri pagi, immo etiam prouinciae tales alant contineantque rusticos, qui a duresso antique seruitutis iugo liberati, ad quandam peruererunt libertatem; & vero haec tenus assertum fuerit, etiam hæc mancipia rusticana in Germania non aliter, quam interueniente manumissione, nexus seruili soluta fuisse: duplex admodum dubium emergit.
 a) Vtrum præsentium rusticorum maiores generali quadam manumissione dimissi fuerint? b) Qua noua ratione factum fuerit, vt nihilomiaus hi post manumissionem pristinis casis rusticis incumbere, & antiquis seruilibus operis vel in totum vel in tantum fese subiictere potuerint? Sine dubio præjudicialis quaestio hic ante omnia excutienda, an generali aliqua manumissio expressa rusticorum inquam in Germania facta?
 Plerisque in hanc transiisse sententiam, non diffitemur, cum regulariter libertatem rusticorum a manumissione antiqua repetere soleant. Nec negari potest, in Hispania & Gallia exempla generalium manumissionum

Nihilominus
hodie dantur
rustici per to-
tam prouinciam
liberi,

qui generali
manumisso-
ne liberi facti
creduntur

sionum extare, laudata & adducta a CANGIO in glossar. voce manumissio, ut tamen sub antiquo seruitio & obsequio retinerentur manumissi. Enim uero regibus Francie, ducibus & comitibus tales manumissiones tantum usitatæ fuisse videntur, non priuatis, ne quidem prælatis. Illorum enim ius tali generali manumissionerusticorum nimium decreuisset, si vel maxime, retentis operis, facta fuisset, quod rusticæ libertate expresse imperata, ad renitendum sunt pronissimi, suosque dominos facile in ius vocare possunt, quæ ratio in regibus & proceribus Gallie cessauit, vt pote nihilominus sub imperio & iurisdictione sua manumissos retinentibus. Prælatis vero integrum haud fuit, pro lubitu de mancipiis suis disponere, tum quod regia auctoritate opus haberent, tum quod legibus ecclesiasticis a tali generali manumissione, ecclesiæ maxime nocua, auocarentur. Qua de causa in Gallia prælaturis nonnullis hoc priuilegium a regibus datum est, teste CHOPPINO de sacra politica L.III. tit. II. §. 19. vt rusticos suos manumittere possent. Notiora & extantiora manumissionis generalis exempla sunt in Westphalia & comitatu Rauensbergensi, recentiori quo a potentissimo rege Porussie FREDERICO, gloriose memorie, anno 1702. & sequentibus annis publice edita quoad homines proprios, immediate regie potestati facieatos. Publicauit videlicet prædicto anno sapientissimus Rex ordinationem pagensem, vel die Dorff-Ordnung atque §. 61. clementissime declarauit die Leib eigenschaft in allen Landen aufzuheben, und einen jeden, welcher darinnen bisher mit Leibegenthum verhaftet gewesen, er sey Mäher, Voll- und Halb-

Generalis ma-
numissio re-
gis Borussiae in
Westphalia

in der 100.
ausdruckt
Hans Koch
zu Berlin

Halb-Spänner oder Röter, samt seinen Nachkönnen, davon gänzlich und auf ewig zu erlassen, der gestalt, daß er und seine Kinder und alle diejenige, welche ihm auf seinem unterhabenden Erbe oder Röten Nachfolger werden, ferner nicht geerbtheilt, noch einiger Sterbfall, es sey von vollem Eigenthum Haagen- oder Haus-Genossen-Recht gezogen, noch sie denselbigen abzuhandeln und mit Gelde zu redimiren schuldig seyn, ihre Kinder, Nachkommen, Brüder und Schwestern oder weitläufigere Unverwandte nicht weiter frey kaufen, noch einigen Zwangsdienst zu verrichten in Ewigkeit mehr angehalten werden; sondern aller und jeder freyen Leuten zufehlenden Rechte und Rechtigkeit sich zu ersfreuen haben, und ihnen frey stehen soll, wenn sie die Land-Arbeit nicht treiben wollen, sich in unsere Städte zu begeben, Handwercke zu erlernen, oder andere Gewerbe zu treiben. Vid. MEINDERS cit. tr. diss. III. p. 139. seqq. Nihilominus tamen hac generali declaratione non omnes mox manumis-
si, sed, hac non obstante, singulis hoc beneficio frui
volentibus lex praescripta fuit, interueniente certo
pretio libertatem redimendi, annuumque censum in
recognitionem libertatis quotannis soluendi, seque
ad operas pristinas rusticas aliaque onera, quæ ante
manumissionem praestari solita fuerunt, adstringendi,
prout quibusdam manumissionum instrumentis IDEM
pag. 141. & seqq. declarat. Neque tamen hæc genera-
lis libertatis oblatio ad alios quam regios seruos ap-
plicari potuit, quod nobilibus ius in proprios homi-
nes adimi sine eorum voluntate haud potuerit.

D 3

§. XII.

Libertas ta-
men horum
rusticorum
imperfecta
mansit,

Declaratur ex
antiquis Gal-
lia manumis-
sionibus,

§. XII. Quodsi tamen res ex vero aestimandas,
libertas horum rusticorum, priscis seruilibus oneribus
adhus subiectorum, admodum *imperfecta*, tunc vero
demum *plena & perfecta* sit, si, quod illis vel liberis eo-
rum concessum est, relicta *caſa rurali*, vulgo die *Bauer-
Stätte*, in urbes sese conferant, & alii vita generi
sese addicunt. Evidem non ignoro, communī hac
sententia plerosque duci: rusticos huiusmodi *quoad
ſtatu* esse liberos, servitia vero atque cætera onera
prediſ rusticis inhærere, adeoque hec non ex *ſtatu* ser-
vili amplius præstari, sed iure prædicti, quod possident,
deberi: præstationes has non esse hominum, sed rerum,
adeoque statum perfonarum his ipſis non infici. Co-
gitandum tamen est, parum solatii ex hac philoſo-
phia iuris his manumissionis rusticis, veteri iugo seruilli
adhus subiectis, afferri, qui fundo inhærentes a cæte-
ris *propriis hominibus* parum differant, niſi quod libe-
ros suos pro lubitu domiſorum iuſlui exponere non
teneantur, sed hilares rusticos reliquere possint. In-
terim tamen nemo negabit, *imperfectum* tantum liber-
tatis gradum hac manumissione eos impetrare, qui
nec *locum*, nec *vita genus* mutant. Iam olim similes
manumissiones in Gallia obtinuisse, CANGIVS cit. I. me-
morat. Atque de his satis congrue ita censet: *Sed
posterioribus ſeculis longe magis obtinuit manumissionis ſpe-
cieſ altera. Directe oppoſita erat, que ſub condicione vel,
retento ſervitio ac obsequio, ſiebat, ita ut, qui manumitte-
bantur, non plenarium ac omnimodam libertatem conſequen-
tentur, sed quodammodo obnoxii remanerent.* Postquam
ſemel hæc manumittendi ratio in Hispania & Gallia
in

RVSTICORVM PER GERMANIAM. 31

In vsum deducta, magis magisque libertas manumis-
fis data, restricta & onerata fuit, *ceu rursus IDEM* indi-
cat his verbis: *Sed posterioribus seculis longe magis obti-
nuit imperfecta hec libertas, quae ita concedebatur, ut, retentis
seruorum obsequiis & operis consuetis, non tam seruile nomen
deleretur, quam seruitus ipsa angerebat, adeo ut ad abolendas
& extinguidas duras istas conditiones manumissionibus oppo-
sitias, rursus manumissiones aliae necessarie essent.* Post pauca
rursus addit: *Perficit diu imperfecta ista libertas apud no-
stros, quam rectius SERVITUTIS nomenclatura vulgo donabant,*
quod nihil ferme haberet, quod libertatis esset, immo pene
*omnia, quae seruitur. Neque vero hic diuersus libertatis & Romanis
gradus, seu libertas minus plena, res inaudita aut noua*
fuit, sed Romanis iam olim visitatissima. Tralati-
tum enim est, eos, qui manumittebantur, modo ma-
iore & iustam libertatem cum iure civitatis Roma-
nae, modo minorem, modo inferiorem consecutos fuisse
libertatem, ut in compendio refertur in §. 3. Inß. de
libertinis; immo ipsa ratio libertatis evincit, eam gradus
diuersos accipere, quodiam §. I. declaratum est. *Quo-*
*circa si haec ad regiam manumissionem antea memorata
applicamus, vix est, ut negari queat, rusticis his
casatis (h. e. quatenus adhuc casae incumbunt) inferiorem & imperfectam competere libertatem, quod &*
*Dn. MEINDERSENIVS c. l. diff. III. p. 177. calculo suo cor-
roborat: Quid vero ait, de hac manumissione generali si-
ue uniuersali, & redēmptione libertatis pro certa pecunia
summa, sentiendum? Ego sane, ut libere sententiam meam
explicem, tales manumissiones ulteriore manumissione opus
habere, & conditionem rusticorum sine hominum propriorum
descri-*

deteriorem facere, omnino arbitror. Quia ex manumissionum formulis nouissimis supra adductis appareat: homines istos personalem dantaxat libertatem redimere & acquirere; prædia vero rustica novo onere tam canonis anni grandioris quam usuraram creditoribus debitarum grauare. Ut reliqua incommoda fileam, nempe quod rusticæ nostræ naturæ serui esse videantur, & ipsis personarum libertas magis sit nocua, quam commoda & conueniens. Nimis iciune de statu horum manumissionum sensisse videtur præludatus auctor, non alia de causa, quam quod ab hoc consilio potentissimi regis Polonie eo tempore, quo de manumittendis regiis mancipiis agebatur, longe alienus fuerit. Neque enim afferi potest, hos manumissiones nova manumissione opus habere, qui libere fundum relinquere aliudque vitæ genus eligere possunt. Evidem in sepe laudato tract. de orig. & progr. & statu nobilit. & seruit. in Westphalia, eiusque pref. plura argumenta coaceruauit p. 21. quæ instituto huic regio obstat visa sunt, adeo ut etiam p. 28. vniuersalem manumissionem impossibilem atque inutilem esse iudicet. Ait enim: Vniuersalis illa redemptio, & manumissionis rusticorum sive hominum priorum, uno tempore, & simul ac semel perficienda, plane impossibilis, atque inutilis, secundo, quoad reliquos dominos, iniusta & valde derimentosa atque damnsa, & inconmoda mibi quidem videntur. Nam rusticos quod attinet, si debet status nostri publici & miserie atque paupertatis publicæ valde esse ignorans, qui putat, rusticos ad se ex servitute redimendum sufficiere, & media possidere. Euentus tamen nihilominus docuit, vt exempla adducta docent, redemptionem

nem non plane *impossibilem*, nec homines proprios adeo facultatibus destitutos fuisse, vt redēmptioni imparē essent. Interim argūmenta hāc euincunt, *generali* tali manumissioni *expressæ*, retentis operis aliisque oneribus consuetis, vix locum concedi posse, si domini & nobiles mediati eam facere vellent, quæ non posset non eorum conditionem ob diminutam *dominicam potestate* deteriorem facere, nisi simul *iurisdictionem*, auctoritate principis speciali, in rusticos sibi reseruerant. Denique etiamsi hāc concipi & exemplis demonstrari posset, nihilominus tamen manūssī *libertas maxime imperfecta* & inferior obtingeret, quia quamdiu incumbunt prādiis rusticis, seruilibus antiquis oneribus subiecti manent, & eodem modo, vt proprii homines, seruiunt, licet in quibusdam & secundum quid liberi fiant.

§. XIII. Ex haec tenus dictis concluso, talem *generalis manumissionem expressam* concipi & probari non posse quoad nobiles mediatos, qui olim tales rusticos sub sua habuerunt *dominica potestate*, vt mancipia vel seruos: tum quod documentis ex antiquitatibus Germaniae de promtis illa demonstrari nequeat; tum quod concipi non possit, quomodo omnes in una prouincia collecti in hanc vnanimem conspirauerint sententiam, vt mancipia sua, quæ adhuc sec. XII. in Saxonie alibique deprehenduntur, expresse e manu sua dimiserint; tum denique, quod, si hoc factum esset, non aliter quam vel *lege publica prouinciali*, vel *litteris manumissionis singulis concessis id fieri potuisset. Enimvero eiusmodi* LL. prouincialibus destituimur, nec status imperii

Generalis ma-
numissio sta-
tui non potest
quoad nobiles
mediatos,

E

nobi-

nobilibus suis pro lubitu illam imperare potuerunt,
qua potestas dominica inuitis adimeretur; ad minimum in comitiis provincialibus tales leges condiebuisserent, quibus tamen nobiles assensum dedissent, quis crediderit? Reete MEINDERSENIVS c. l. p. 25. iudicat, iussum hunc principis iniustum fore, quia nemini suum auferendum, sed suum cuique tribuendum & relinquendum; atque hoc adeo verum esse, ut ne quidem princeps ex plenitudine potestatis ius alteri quæsitum auferre possit, quod rerum suarum quisque sit moderator aut arbiter, & redemptio hæc non nisi interueniente contractu & conuentione cum mancipiis fieri possit. Idem approbat MEVIVS in tr. vom Zustand ic. ic. der Bauers-Leute qu. princ. 3. n. 36. Sonst außer denen, so ein volliges Recht an den Bauern haben, kan niemand, wieder der Herrschaft Willen, jemand seiner Bauer-Pflicht erlassen, und ob der Kaiser jemand Erlassungs-Briefe und Indult ertheilte, seynd dieselbe dennoch ohngültig. Sed nec litteræ manumissionis, quibus singuli libertatem redemerrunt, afferi possunt, sine quibus tamen in Germania regulariter recentioribus temporibus libertas nemini data; ad minimum vestigia quædam & rudera huīus libertatis, singulis expresse datae, in antiquitatibus superercent, qua tamen produci nequeunt. Inde vero communis persuasio interpretum vel potius opinio corruit: rusticos in illis locis, vbi libertate quadam gaudent, olim manumissos, cum manumissis tamen conuentiōnem quadam initam fuisse de certis operis vel seruitiis aliquaque censibus præstandis: factum id

ICON

id fuisse ex aliqua superstitionis vel deuotionis ratione, pro redēctione animæ scilicet, quæ formula in antiquis manumissionum litteris frequentissima est: ex iudicio & doctrina clericorum olim creditum fuisse, seruitutem talem repugnare fidei catholice vel ad minimum opus meritorum in manumissionibus latitare; quæ, & plures aliae rationes, afferri solent. Sed cum hæc questio facta sit, merito testimonii, documentis, & chartis antiquis demonstrari debuisset. Non negamus, has similesque rationes quandoque animos dominorum flexisse, vt vni alterique pro remedio animæ, vt loquuntur, vel testamento, vel inter viuos libertatem darent; id vero non factum est, retentis operis seruilibus, sed ea de causa, quod libertatem anhelantes vel clericatui se mancipare, vel alii vitæ generi sese addicere gestirent. Talis vero manumissio expressa generalis, quæ, saluis operis consuetis seruilibus retentisque censibus & oneribus, statui solet, inde minime euincitur; sine hac conditione vero moraliter impossibilis fuit, quod domini operis seruilibus rusticorum carere absque euidentissimo prædii nobilis interitu nequuerint, prout supra iam monitum est.

S. XIV. Satisfactum quidem hoc modo præiudiciali questioni in §. XI. motæ, & inde simul euictum, cessante tali generali manumissione expressa, conuentiō nem cum liberis rusticis de operis & censibus in posterū præstandis concipi non posse: nihilominus tamē experientia docet, illis in regionibus, in quibus adhuc sec. XII. rusticorum conditio seruiliſ fuit, hodie rusticos deprehendi quoad statum liberos, antiquis

E 2

tamen

Hodie tamē
nihilominus
in plurimis
provinciis rus
fici sunt li
beri.

tamen seruilibus oneribus vel in totum vel in tantum obnoxios. Loquuntur antiquitates Magdeburg. SAGITTARII, non nisi mancipia Tentonica & Slavica in pagis sec. X. fuisse, in quibus hodie rustici liberi sunt. Pariter in KETTNERI antiquit. Quedlinb. diplomata sec. XI. & XII. adhuc de mancipientibus & litonibus loquuntur. Eiusdem tenoris documenta, antiquitates Halberstadienses illustrantia, ex sec. XI. & XII. cum formula: *cum mancipientis viri usque sexus*, produxit LEVCKFELD. Quæ, & plura alia similia exempla, argumentum præbent, ecclesiæ in Saxonia superiori, ad instar nobilium, mancipia rusticana possedisse. Pluribus hoc illustrat ZIEGLER *de doce ecclæ. c. 9.* multa tamen miscet de coloniis & adscriptiis ad iuris Romani instituta pertinentibus, quæ in ecclesiis Africanis, Hispanicis, Gallicisque usum adhuc habuerunt, sed ad Germaniarum regiones referri aut applicari non possunt, quæ iure Romano antiquitus haud vixerunt. Inquirendum itaque, quibus mediis & qua occasione tandem hi, quorum maiores mancipia fuerunt, statum suum mutauerint, & ad libertatem quandam peruerenterint, imperficiatam scilicet illam, quæ adhuc hodie cum operis seruilibus & censibus coniuncta est.

§. XV. Sciendum videlicet est, statum personarum, in societate civili viventium, mutari & seruilem nexum tolli posse non tantum expressè, sed etiam tacite & latenter, sine villa interueniente manumissione expressa, occasionibus eiusmodi interuenientibus, quæ talem effectum generalem

Hæc mutatio
status absque
manumissione
contingere
potuit tacite
& occulte.

ralem producere possunt. Quamvis vero non uno impetu, sed lento gradu ad eiusmodi mutationes aditus fiat, & ha instar *alluvionis* sese habeant, quæ demum progressu temporis in oculos incurront, sensim & pedetentim factæ ; paulatim tamen hæ ipsæ, interueniente diurno temporum decursu, ita confirmari & nouum statum operari possunt, vt tandem in ius perfectum, perpetuum & constans abeant. Neque tantum in *subditorum* conditione id ipsum contingit, sed, vt antiquitates memorant, in statu gentium, rerum-publicarum eorumque, qui his præfuerunt, mutato, id ipsum conspicuum est. Plures respublæ, quæ antea alieni iuris erant, sine villa dimissione per temporum revolutiones varias sui iuris factæ : ciuitates, quæ olim ducibus parebant, hodie libere dicuntur, potestati ducum prorsus exemptæ : libera & immediata nobilitas imperii diuersum olim statum habuit, vt alias mutationum species omittam, quæ *occulta* & *latenter* irreperunt. Quid ergo impediret, quo minus etiam talis mutatio *occulta* & *latens* in conditione seruili rusticorum contingere potuerit, vt sat mirari non possim, interpretes communiter hanc neglexisse, tantumque solennes modos manumittere retulisse : sine dubio vero hoc inde factum est, quod si fibi aliisque persuaserint, hodiernam rusticorum libertatem non aliunde quam ex *manumissione* quadam *expressa* deriuari posse. Huc repetit originem distinctionis operarum indeterminatas & indeterminatas Dn. PERTSCHIVS cit. diff. §. 28. & satis recte asserit, olim hanc diuisionem ignoratam fuisse; mox tamen addit:

E 3

orig.

originem ab illis temporibus repeto, vbi manumissiones frequentes, variis ex causis seruis obtingerent. Præterea ex hac manumissione imaginaria diuisionem libertatis in plenam & minus plenam trahit his verbis: In domini enim manumittentis voluntate positum erat, quam manumissionis legem scribere vellet. Hæc omnia ostendunt, prelaudatum auctorem substitisse in manumissione expressa rusticorum, in qua tantum huiusmodi leges concipi possunt. Pariter POTGIESSERV de statu & condit. seru. apud Germ. L. III. c. 18. de prescriptio- ne libertatis quoad certa individua quidem agit, quæ tamen ad eas tantum personas pertinet, quæ fundo seruili relicto aliud vitæ genus elegerunt, & ad ciuitates transferunt, atque hoc modo tandem ad libertatem peruererunt; sed de mutatione status rusticorum, qua ta- lium, vniuersali per integrum prouinciam, tacite & la- tener facta, altum apud eum silentium, cum tamen supra dictum sit, manumissionem expressam gener- lem in iis concipi non posse. Evidem GOTHOFR. CHRIST. LEYSER in iure Georgico L. III. c. 27. n. 4. huc col- lineasse videtur his verbis: Verum cum & illæ leges præ- scriptæ nimis dure viderentur, plurimi successu temporis partim armis, partim meritis, item precibus, pretioque ut & PRAESCRIPCTIONE pristinam libertatem consecuti fuere. magna tamen pars bodiernum usque in diem vel in totum vel ex parte operis obnoxia remansit. Dilucide tamen & distincte occasiones modumque non explicat, ex quibus talis præscriptio nata & producta fu- erit.

§. XVI.

§. XVI. Exponendæ itaque sunt *occasionses* & *causæ*, quæ rusticorum conditionem immutare, eos que hinc inde in libertatem collocare potuerunt. Ante omnia tamen præmittendum, quamvis *occasionses* iam referendæ *vniuersales* per Germaniam plerumque fuerint, easdem tamen non *vbiique vniuersalem* & que effectum producere potuisse, ita videlicet comparatas, ut non necessaria quadam conclusione hanc operationem producere debuerint, eam tamen facile efficere potuerint, prout rusticorum indoles magis ad *libertatem* prona fuerit, vel seruili conditioni ita addicta, ut ad libertatem his occasionibus peruenire ægre potuerint. Aequæ fata Germaniæ sub turbido imperii statu diuersos habuere effectus, nec eandem apud quoscunque mutationem produxerunt. Aliæ præterea rationes multa ob varia obstacula suppeditarunt, quæ in nonnullis prouinciis effectum hunc adeo impediuerunt, ut rustici beneficio illarum occasionum frui haud potuerint. Quo potentior in aliqua prouincia nobilitas fuit, principum vero iura magis limitata & restricta; eo minus *mutatio status* rusticorum tacita locum habere potuit. E contrario, in quibus prouinciis principum potestas solutor, nobilium vero iura imminuta & potentia fracta; in his facilius rustici his occasionibus frui & ad libertatem, ad quam promouendam principes alias variis ex causis proclives sunt, produci potuerunt. Debeo hanc obseruationem ill. Dn. quæ ex statu de LVDEWIG in iure client. sed. III. cap. 5. §. 7. lit. 5. in not. Germanie ita edifferenti: In Belgio, Westphalia, Holstia, Pomerania,

Occasionses,
quibus muta-
tio status rusti-
corum conti-
git, non æque
vniuersalem
produixerunt
effectum

40 DE IMPERFECTA LIBERTATE

raria, Lusatia & Mecklenburgicis regionibus durior longe conditio agricolarum, quam in plerisque Germanie locis aliis, quocunque denum illos nomine significant. Vnde autem hoc? Vno dicam verbo: vbi adductiora sunt principum iura; ibi durior conditio agricolarum, vel, quod idem est, vbi nobilitas potentior, ibi lafforum, emphyteutarum, hominum proprietorum actior grauiorque nexus. Rursus eandem meditationem satis probatam vberius explicat sect. III. c. 2. §. 2. l. X in not. hoc modo edifferens: Seruiturum iura monarchis sunt odiosa, illis maxime, vbi principes frena laxare incipiunt, & imperium adfectant absolutum. His artibus factum esse puto, ut Iustinianus imperator manu missiones non solum facilitaret; sed etiam commendaret illas per omne imperium. Hoc enim remedio familie eneruantur robore, opibus, diuitiisque, ut omnia pendeant ab arbitrio imperantis. In Germanico imperio ius belli priuati accessit, nobilibus landassis relictum, adeoque maiorem principibus metum inierunt cohortes seruorum, agentium in dominio unius. Certe visum erat fuerat principum inferiorum, vt, seruituribus sublati, provinciales ordines imbelles redderentur. Optima est hæc obseruatio ill. Dn. auctoris, ipsa experientia antiqua & hodierna corroborata & approbata. Non sine causa antiquitus etiam creditum fuit, magnopere interesse principum, ut libertas nobilium, quantum fieri potest, restringatur atque limiteatur, rusticorum vero quoquis modo promoueatur: his facilis aditus praebatur, illis precludatur: horum ad vrbes, collegia opificum & alia commercia transitus permittatur, nobiles vero illos reuocantes repellantur. Hoc enim vbi animaduertunt rustici,

rustici, ad resistendum admodum proclives sunt, dominisque suis debitam obedientiam, operas, census, reliquaque denegant, superioris auxilium implorant, & captata quavis occasione illorum potestatem minuere intendunt, atque ita tandem ad libertatem perueniunt. Hæc consilia vbi non facile applicari possunt ob præualentem nobilium potentiam: vbi coniunctis viribus quibuscumque artibus rusticorum resistunt, & hactenus restiterunt; ibi etiam illibata permanxit dominorum antiqua potestas. Ita enim in nonnullis prouinciis corpus nobilium cohæret, vt ex unius iniuria vel lesione causam communam statim faciant, & omnium salutem in unius alteriusue conseruatione antiquorum iurium non sine causa querant, quod facile reliqui pedetentim ex his causis a rusticis in ius vocari queant.

§. XVII. Quæ in §. p̄. ec. allata sunt, in hac me- Inde prima ditatione, quam illustro, duplēcēm præbent vsum: quod rusticis occasio nata, a) vt inde liqueat, quibus ex causis factum sit, vt contra nobiles non vbique rusticci occasione oblata frui, & ad libertatem ruere potuerint: b) vt simul inde liqueat, qui bus consiliis in nonnullis prouinciis libertas rusticorum fine omni manumissionē generali promota, & tandem confirmata fuerit. Qua de caussa ex his enarratis artibus rusticorum PRIMAM & generalem occasio nem traho, per quam rusticci tacite & latenter aditum ad libertatem impetrauerunt. Sed præterea alias spcialiores occasionses non sunt negligendæ, quæ aditum hunc magis magisque rusticis expeditum faciemque reddiderunt. SECUNDAM itaque occasionem secunda peten- F adscri- di ab expedi- tionsibus sacris,

adscribo *expeditionibus cruciatorum sacris*, quæ circa decursum seculi XI. inauspicatum habuerunt initium, pontifice anno 1095. tubam belli sacri inflante. Supersticio, qua eo tempore orbis vniuersus, imperio pax obnoxius, occœcatus erat, incredibilem hominum cuiuscunque generis multitudinem induxit, vt pro terra sancta ab infidelibus liberanda communis confilio arma arriperent, & iter hoc, quod *viam Dei* per astutiam cleri vocabant, temerario ausu suscep-
rent, tam clerici quam laici: tam nobiles quam plebeii: tam ingenui quam serui: tam prava obstinatione ani-
mi, vt ne quidem claustris monasticis inclusi in officio retineri amplius potuerint, vt BALDERICVS in his-
Hierosol. testatur. Vid. gesta Dei per Francos t. I. p. 89.
Hac occasione incredibilis copia rusticorum agros, aratum & obsequium dominis debitum postposuit superstitioso huic zelo, & reluctantibus etiam dominis iter in terram sanctam, sed in sui interitum, suscepit, sub tegmine & imperio clericali & monastico adeo tuta, vt dominis integrum non esset, abitum horum impedire. In compendio MAIMBVRGIVS dans l'histoire des croisades pour la delivrance de terre sainte ad annum 1095. p. 35. temeritatem rusticorum ita depingit: Vne multitude innombrable des paisans avec leurs femmes & leurs enfans, qu'ils ammenoient sur leurs charettes, abandonnant la culture des terres, voulaient erre de ces voyages, qu'on appelle communement la voye de Dieu. Inconditus hic exercitus ex plebe & rusticis, in tribus cohortibus diuisus, duces habuit presbyteros, monachosque, constans ex diuersarum nationum populis, adeo, vt 12000.
Sub ducibus,
presbyteris &
monachis.

Saxo-

RVSTICORVM PER GERMANIAM. 43

Saxones & Frisones in eo numerarentur. Multis in Germania, hoc furore nondum infectis, ridiculo fuerunt haec rusticorum cateruae, vti constat ex CONRADI VRSPERGENSIS chron. pag. 231. Omnis pene populus Teutonicus in principio profectio[n]is huius causam ignorantes, per terram suam transeuntes tot legiones equitum, tot turmas peditum, tot cateruae ruricolarum, feminarum ac parvularum quasi inaudita stultitia delirantes subsannabant. Sed mox idem furor omnes incessit, vt fidere quodam infausto ad presentissimum sui interitum sese accingerent, monaficis persuasionibus caelestibusque decepti promissionibus. Testis est DODECHENVS in ep[iscopatu]m ad Marianum Scotum ad an. 1096. p. 462. aiens: Non solum RVSTICI, sed etiam reges, duces, ceteraque mundi potestates, episcopi, monachi, reliqui quoque ecclesie ordines ad iter mouebantur. IDEM paulo post: Regna rectoribus, urbes pastoribus, vici vagabantur habitatoribus &c. Infinita mala haec superstitionis expeditione peperit. Etenim 1) totius Germaniae nobilitas fere attrita: prouinciae hominibus & inhabitatoribus orbatæ fuerunt, ut pene non inuenirent, quem apprehenderent, septem mulieres virum unum, vt loquitur BERNHARDVS in ep[iscopatu]s. 246. denique pagi & vici a rusticis magnopere deserti sunt. 2) Quotquot rusticæ superstites fuerunt, occasionem, absentibus & deletis nobilibus, captauerunt ad libertatem perueniendi, tum quod ex his ciuitates ciuib[us] orbatæ replendæ; tum quod etiam in tanta rusticorum hominumque penuria cum superstitionibus indulgentius paulo agendum esset, vt absque redēctione

Iude occasio e
rustici plusi-
mis arrepta
perueniendi
ad libertatem

libertatis horum liberis ad ciuitates transitus pateret, nec nota seruitutis his obici posset.

Tertia occasio ex vnu iuris Romani petenda,

ex quo rusticis
seruis libertas
asserita

§. XVIII. TERTIA occasio petenda ex receptione iuris Romani, quæ paulo post occasioni secundæ accessit. Demonstratum enim est a Dn. PRAESIDE T. I. iur. eccl. tit. de const. §. 48 sq. iam seculo XIII. vsum quendam eius in Germania fuisse, quod nouiter etiam docuit atque illustrauit ill. Dn. HEINECCIVS in h[ab]f. iur. ciu. Rom. ac Germ. §. 64. & seqq. præsertim cum decretales hoc seculo regnis prouincisque omnibus obrudarentur, iure Romano adeo refertæ, vt sine hoc intelligi haud potuerint. Ex hoc iuris peregrini vnu ingens confusio in rebus Germanicis facta, instituta patriæ in peruersum detorta sensum, & more inaudito quæuis ad peregrinorum iuriū principia accommodata, quod eo tempore facilius in vsum deduci potuit, quoniam iuris patrii rationes in abdito latebant, nec debito modo excultæ erant. Hac metamorphosi facta, vox leuleiorum haec fuit: *Rusticos seruos non esse, nec horum conditionem in iure Romano traditam bis conuenire, quod sibi quodammodo acquirere possent: pro liberis, vel ad minimum pro libertis eos habendos, & cum colonis Romanis equiparandos, qui tamen liberi censendi iuxta Lvn. in f. C. de colon. Illyr. Denique etiam libertos ad operas præstandas obstrictos fuisse, adeoque vel ab his argumentum ad rusticos trahi posse.* His similibusque argumentis antiqui Ceti in Germania vni sunt, immonec recentiores ab iis abstinuerunt, prout ex scriptis illorum, qui §. IV. circa fin. relati sunt, liquet. Ipse B. STRYKIVS in vnu mod. tit. de statu homin. §. 5. quæstionem hanc mouit: *virum proprium*

RVSTICORVM PER GERMANIAM. 45

prii homines liberi, an serui censendi? Ipse met illis libertatem assignauit, sed restrictam, quod nunquam fieri potuisse, si ex principiis iuris Germanici causam hanc egisset. Inde collegerunt, operas rusticorum non ex statu seruitus, sed ex pacto cum dominis inito, exemplo libertorum, esse deriuandas. vid. CARPZ. lib. I. resp. 56. n. II. COLER. de proc. exec. part. I. c. 9. n. 59. Alii eas iurisdictio-
ni adscripterunt, quod animaduerterent, sine coactione & imperio operarum exactionem esse inanem, quorū inclinant BALTHASAR. de oper. rust. c. 7. p. 27. &
FROMMANN. de oper. subdit. & maxime rustic. §. 12. qui iti-
dem erronee causam hanc ex iuris Romani regulis
estimandam & trutinandam esse, & sic rusticos quos-
cunque liberis accensendos, censuerunt. Inde in et varii erit.
doctrina de operis rusticorum variae ICtorum confusio-
nes multique errores occurrunt, qui euitarri potuis-
sent, si statum eorum ex iure patro estimassent. In
compendio antiquorum somnia collegit Dn. PERTSCH.
cit. diss. §. 48. quæ huc redeunt: Operas in genere non
præsumi, sed ab exigente probandas esse quoad singula, de
quibus petuntur, prædia, nec dominum a probatione iuris si-
bi competentis per possessionem liberari, sed instar illius, qui
sibi afferit facultatem, libertati naturali contrariam, eam
docere debere: exactionem operarum refragari turi commu-
ni (Romano): præsumi pro libertate & immunitate rusticorū
in tantum, ut potius iure familiaritatis operas præsti-
tas fuissent, quam iuris necessitate afferi debeat: precarium
& rusticis obiectum a dominis remouendum: rusticos negato-
ria recte vti, & sic in dominum devoluere onus probandi &c.
Hæc inueterata, sed admodum insulsa philosophandi

F 3

ratio

in quibus re-
gionibus ius
Romanum
predominari
coepit, liberi
iudicati,

non in iis pro-
vinciis, que
iuri patrio in-
haerent.

in*si* academiis
abundauerunt.

ratio circa statum mancipiorum seu propriorum hominum hunc singularem effectum habuit, ut in illis regionibus, in quibus ius Romanum conculcato iure patrio, dominatum obtinuit, rusticis pepererit statum libertatis imperfectae; neque enim, quæstione status horum liberis mota, aut eis nota seruitutis obiecta, aliter respondere potuerunt iudices his erroribus infecti, quam rusticorum horum liberos nulla manumissione indigere: liberos natos esse: non excludendos a collegiis opificum aut iure ciuitatis &c. E contrario in præuin- ciis illis, in quibus iura patria & domestica præualuerunt, iusque Romanum tantum in subsidium & secundum quid receptum, status seruilis rusticorum illibatus permanxit, nec mutationem passus est. Quocirca in Westphalia, Holſatia, Pomerania, ducatu Mecklenburgico & Lusatia status rusticorum adhuc ut plurimum seruili est, quod maior reverentia & auctoritas iuri patrio quam Romano in plerisque causis attributa fuerit, vt iuris peregrini principia statum rusticorum immutare haud potuerint. Adhuc seculo XV. circa annum 1433. in constitutione HENRICI ducis pro synonymis habentur die Lassen und eigene Leute, olim a successione in bonis ciuiis defuncti exclusi, prout supra §. VII. dictum est, quamuis hodie status rusticorum liberior sit. Equidem in Saxonia superiori adhuc præualet ius antiquum Saxonum, quod iuris Germanici genuinus fœtus est, simulque supra dictum, olim rusticos etiam in his terris seruilis conditionis, laſſo: que dictos fuisse. Hi tamen nihilominus hodie quoad statum libertate imperfecta fruuntur, vt liberi eorum sine manumissione

a col-

a collegiis opificum & ciuitatibus excludi amplius nequeant. Sed cogitandum est, metamorphosin hanc sine dubio deberi *academiis* in Saxonia superiori & Thuringia florentibus, in quibus ICti pro *autori-*
tate iuris Romani stabilienda & propaganda omni animi impetu pugnarunt, (*) & quamuis iuris Saxonici anti-qui placita conculcare haud potuerint, facilius tamen circa rusticorum & lassorum statum principia iuris Romani applicare potuerunt, quod tum *AUTOR speculi* Saxonici, tum antiquis *GLOSSATOR* iuris Romani prin-
cipia passim iuri patrio admiscerint, glossator vero in primis omnia instituta Germanorum secundum ius Romanum eiusque glossas aestimauerit, vt ineptias eius insipientibus in oculos incurrit. Quid enim ineptius, quam haec glossatoris sententia ad art. 6. lib. I.
 I. P. S. Lassen sind die, welche unsere Vorfahren frey-
 lassen, da sie das Land bezwingen, quod commen-
 tam ex supra dictis per se corruit. Adhuc lib. I. art. 16.
 eiusdem iuris dicitur: Der eigen Maß, den man frey-
 läßt, behält freyer Landsäffen Recht, & lib. III. art. 80.
 Läßt der König oder ein anderer Herr seinen Dienst-
 mann

(*) Hæc, quæ prolixius hucusque adducta sunt, in compendio iam olim do-
 cuit THOMASIVS tom. IV. obser. select. ad rem litter. spcl. obs. II. § 28.
 his verbis: Credo, quod bi rustici, indeterminatas operas praestantes, ba-
 beantur pro liberis hominibus, non manumissioni deberi, sed errori ICto-
 rum, post introductum bi academias ius Inflinationem stulte querentium,
 an homines proprii sunt serui? eamque questionem non ex principiis do-
 triina politica & historica patria, sed ex principiis iuris Romani, ad
 statum Germania non quadrantis, stultius negantum. Credo, rusticos ci-
 cius pro liberis hominibus baberi capisci iis in locis, vbi academie ciuius
 floruerint: credo, iis in locis, vbi adhuc bodie iidem sunt homines pro-
 prii seu serui, ius Romanum non esse recipiunt, vel certe multo serius.

mann oder seinen eigenen Mann freien, der behält freyer Landsäßen Recht. Supra autem dictum atque eiusdem est, *laſſos, latos, & proprios homines seruiliſ conditionis eſſe*; interim fabulam ipsam ridiculam de laſſorum origine & conditione ipſe SPECVLATOR I. III. tit. 44. recenſet, putatque, a posteris ALEXANDRI M. provincias has eſſe deuictas, ſpeciatim Thuringorum dominos fugatos & imperfectos, quo facto lieſſen ſie, pergit, die Bauren ſiſen ohngeschlagen, und beſtätigtien ihnen den Alter zu ſolchem Recht, als noch die Laffen haben, und davon kommen die Laffen her. Denique ſi huic cauſe adiunxeris eam, que & p̄. adducta, rustici in *Saxonia Superiori & Thuringia* facilius ad libertatem peruenire potuerunt, quod clades tot infinitorum nobilium in expeditione ſacra rusticis anſam præbuerit, ad maiorem libertatem adſpirandi.

Quarta occaſio
adſcribenda
indulgentia
& negligē-
tia quorun-
dam domino-
rum.

§. XIX. QVARTAM cauſam huius libertatis imperfecta hodiernorum rusticorum petendam eſſe ex iſtimo tum ex indulgentia, tum etiam ex negligētia quorundam dominorum. Commune proverbiū eſt: *Unterm Krummstab iſt gut wohnen*; item: *com-
munia communiter negliguntur*. Quid itaque mirum, quod prælatorum & epifcoporum rusticī paſſim ad libertatem per coniuentiam gratiosam eorum peruererint: quod capitulorum aliorumque corporum propriei homines quandoque ex horum negligētia lucrum captauerint, in libertatem tandem translati, quod tunc præſertim factum eſſe credo, vbi *reſiden-
tia canonicorum* admodum laxata fuit, vt absentibus plerisque, præſertim ſub turbidis temporum fatiſ, in

in hac imperfecta libertate tandem confirmati fuerint, nulla tamen interueniente manumissione. Hac enim sub indulgentia & connivenzia, immo & negligentia factum est, vt rusticis emigrandi facultas, nulla postulata *venia*, vel redemtione libertatis impetrata, tacite concessa: vt eorum vindicatio & persecutio neglecta: liberis liber discessus & accessus indultus, iisque necessitas remissa, seruilia seruitia intra domum dominorum præstandi; singulis vero facultas ipso facto tributa, sibi plene acquirendi. Hæc iactura, quam priuati & capitula in dominice potestatis imminutione fecerunt, hoc compensata est commodo, quod rustici rusticorum prædiorum instrumenta cum pecoribus *suo sumtu* sibi acquirere, casam cum horreis reficere, vel destruetum *suo sumtu* restituere, quoslibetque casus fortuitos ferre obstricti fuerint, quæ omnia intuitu mancipiorum, parum sibi acquirentium, ad onus domini spectant, adeo ut hæc tempore necessitatis alere teneantur. Ita quidem sensim & occulte laxatus est nexus seruilius quoad statum; necessitas vero operarum præstandarum, quæ ab antiquo ex statu seruili iis incumbebant, cum ceteris præstationibus haud remissa, & ita libertas tantum imperfecta iis attributa.

§. XX. Multum quoque ad libertatem rusticorum hinc inde promouendam contulit iniuria temporum, ex calamitatibus publicis orta, quæ stragem rusticorum peperit, pagis quibusdam totalem attulit interitum, effecitque, vt mancipiorum copia, quibus prædia rustica assignari possent, deficerent, in quo quintam & ultimam constituo occasionem. Satis nota sunt lu-

G

ctuosa

Quinta causa
adscribenda
calamitatibus
Germanie
publicis,

Erufa Germaniae fata. Domestica bella cum *ruficis*, eodem furore actis, quæ seculo XVI. afflixerunt plures Germaniae prouincias, sedari aliter haud potuere, quam cum insigni dominorum clade & detimento. Tricennalis belli calamitas stragem peperit vniuersalem, vt pagi destructi, fundi rurales derelicti, & agri ex defectu culturæ dumetis obsepti & oppleti. Rusticorum plurimorum hæc eo tempore fuit cantilena communis :

Nos patrie fines, & dulcia linquimus arua;

Nos patriam fugimus.

Publica quiete restituta, coloni alii querendi, quibus agri deserti committerentur. His vero non vbique necessitas imponi potuit, cum iactura libertatis suæ prædia ruralia occupandi: satius erat dominis, rusticos *liberos* sub oneribus pristinis prædiis imponere, quam nullos habere: remittere aliquid de rigore dominicæ potestatis, quam sub huius pertinaci conseruatione omnem spem recuperandorum subditorum deponere. Præstabat habere homines *liberos*, qui vetera onera, operas, censumque præstationes suscipiebant, & colonorum liberorum iure prædiis ruralibus incumbebant, quam pagos desertos relinquere. Hæc Germaniae fata tristia variis mutationibus in quibusdam prouinciis ansam præbuerunt, effeceruntque, vt varia rusticorum conditio hinc inde quidem facta, *libertas* eorum tamen, veteribus subiecta operis seruilibus, non nisi *imperfecta* manserit. Quibusdam quidem, sed rarissima fortuna, hæc contigit felicitas, vt ab operis seruilibus soluti agros hereditario iure possidere coeperint, & duntaxat onera prouin-

RVSTICORVM PER GERMANIAM. 5^r

provincialia penderent, qui *naturē* & *zōxīn* Freysassen,
freye Bauren, deren Höfse nicht dienstpflichtig seynd,
vocantur. STAMM. de seruit. person. L. III. c. 3. n. 2. FRITSCHVS de iure & statu pagorum c. VI. Ast quia hoc
ipsum rārum prorsus, & extraordinarium censemendum,
& proinde magis exceptionem quam regulam constituit;
absolum certe & inconueniens foret, si rustici, liber-
tate quadam gaudentes, hoc ad exemplum trahere,
regulamque inde efformare, seque hoc prætextu ab
omni nexu seruili liberare vellent. Non omnibus, sed
paucioribus, qui onera seruilia prorsus ære grauiori
redemerunt, contigit, adire Corinthum. Hoc expe-
riencia Germaniæ communis testatur, quæ liberos
agnoscit ruficos, sed antiquis oneribus subiectos, qui
ex statu imperfekte suæ libertatis nullum necesse argumentum,
seque in omnimodam libertatem vindicare possunt, prout ex hoc prætextu hodie fieri frequen-
ter solet, quod specialius nunc declarandum est.

- §. XXI. Videlicet euictum est in præcedentibus, Recapitulatio
1) rusticorum per Germaniam conditionem vbique diorum
fuisse seruilem: 2) nihil iuris aut proprietatis eosdem
sibi attribuere potuisse in prædia, agros, fundos, il-
lis ad culturam concessos: 3) operis indeterminatis
eosdem fuisse subiectos, easque ex herili potestate im-
peratas, prout ratio domestica rei id postulauerit,
adeoque cum emphycetus Romanis eos haud compa-
randos esse: 4) quosdam ad libertatem variis occa-
sionibus peruenisse, absque manumissione expressa, &
ut plurimum latenter & occulte, quandoque etiam, in
defectu mancipiorum, in nonnullis pagis liberos fun-
dis

52 DE IMPERFECTA LIBERTATE

dis impositos fuisse: 5) *libertorum* instar eos non esse habendos, *imperfecta* tamen gaudere *libertate*, ac pristina onera seruilia adhuc vplurimum illis incumbere, quod a mutatione status seruili tacita argumentum duci non possit ad liberationem ab oneribus, quæ ab antiquo rusticis qua talibus incubuerunt. Diversa videlicet fuit manumissio antiqua expressa a mutatione status, quæ occulte & latenter facta. Illa particularis fuit, ac manumissum liberauit a *ingo seruili*, & inde dependentibus oneribus, vt tamen fundi rusticæ commoda derelinquere coactus fuerit. Hæc eam necessitatē rusticis non imposuit: retinuere agros, eorumque commoda cum accessionibus, adeoque merito pristina subire onera debuere, nec in illis plus iuris, quam antea habuerunt, hoc ipso impetrarunt, nisi conuentio noua, qua *ius dominii* acquisierunt, vel alia iuris mutatio legitima doceri possit. Itaque cum in rusticis generalis manumissio deficit; cum possessionem antiquam prædiorum cum commodis & oneribus, etiam sub mutatione status latenter facta, continuauerint, ratione operarum, censuum, aliorumque præstandorum nulla reseratio, pacium, vel conuentio, nec pactum tamen concipi posse.

quam singunt communiter, concipi potest, quæ tunc demum concipi posset, si expressa manumissio rusticorum, retentis agris & oneribus, facta fuisset. Exemplum prebet augustissimi Regis Borussiæ manumissio priorum hominum, quæ, retenis operis & censibus, facta; in hac ergo facile determinari potuere expresso pacio, quæ a manumissis præstanta sunt in posterum. Sub mutatione status tacita nihil in operis innovatum; sed

sed quod intuitu prædii rustici, cuius commoda percipit, nec ianous-soluantur, creditum fuit, ea ipsius fundi onera esse, tione quoad id quod in ius perpetuum transiit, vt ipsa prædia inde dicta fuerint dienstpflichtige Höfe. Nec, quod hodie, teste experientia, rustici, etiam liberi, adhuc operas indeterminatas ut plutimum præstant, aliunde deduci potest, quam quod nunquam expreſſe manumissi, & sic nulla innovatio respectu operarum, censuum aliorumque præstandorum facta; quæ si sub obtentu imperatæ libertatis declinassent ac recusassent, commodis prædiorum rusticorum, quæ in proprietate domini sunt, priuati fuissent.

§. XXII. Inde vero concludo, (I) ex mutatione status rusticorum tacita non præsumi, mutationem factam fuisse in operis, adeoque in dubio pro operis indeterminatis esse præsumptionem, donec fuerit probata innovatio. (II) Ut ut rusticorum plurimi, coniuentibus dominis, libertatem obtinuerint, ut derelicto fundo, nota seruitutis nemini obici, aditusque ad ciuitates & opificium collegia præcludi queat; fundo tamen insistentes imperfecta tantum frui libertate, dominisque ex postestate antiqua dominica multum juris relictum fuisse, nec omne ius cogendi rusticos iis adimi potuisse. Quia vero, mutato statu rusticorum, & recepto iure Romano, animaduerterunt domini, ius hoc coactuum in dubium vocari, variisque exppositum esse procellis: plerique caute operam dederunt, ut iurisdictione in rusticos inuestirentur a dominis territorii, quæ patrimonialis esse debuit. Hæc fuit primarium medium retinendi rusticos in officio & obsequio, ad resistendum

Inde operæ in
dubio indeter-
minatae præ-
standæ,

ius quoddam
dominis in
rusticos reli-
ctum,

quod in iuris-
dictionem
abiiit.

alioquin admodum proclives. Quibusdam tamen hæc ab antiquo iam competit, vt a) *capitulis*, postquam a *ducum* & *comitum* potestate cum mancipiis & rusticis exempta, & aduocati, olim *iurisdictionis* gratia ab iis constituti, tandem variis ex causis dimissi fuerunt, quo ipso exercitium *iurisdictionis* ad *capitula* transtul: b) munitis *veritate* tanti temporis, cuius initii *materia* deficit, quam *inmemoriam* *prescriptionem*, non satis commode tamen, dicunt, Antiqua *dominorum* *potestas*, imperio *herili* instruēta, facile in *iurisdictionem* perpetuam abire tandem potuit, etiam tunc continuatam constanter, vbi rusticis *libertatis* quandam speciem obtinuerunt. Non itaque errarunt, qui inde natales *iurisdictionis* *patrimonialis*, exemplo ill. Dn. HEINRICHII diff. de orig. *iurisd.* *patrim.* repetierunt, allegantes, maioris securitatis gratia ex postfacto litteris inuestiture cam fuisse insertam. (*) Et quia hoc modo *iurisdictione* in rusticos ex *potestate* *herili* primordia cepit, inde forsitan factum, quod *operarum* *exactionem* itidem effectum *iurisdictionis* huius dixerint, quam potius *herili* *potestati* acceptam ferre debuissent. Breuiter: *herili* *potestas* *dominis* ius exigendi pro lubitu operas, & inuitos ad eas praestandas cogendi dedit, vnde ius indeterminatarum operarum & *iurisdictione* *patrimonialis* nata sunt.

§.XXIII.

(*) Iam olim hanc sententiam suam fecit B. THOMASIVS tom. IV. obseruat. II. ad rem litter. sp. 28. aien: Credo, *iurisdictionem* *patrimonialem* reuera quoad originem, nihil aliud esse, quam *potestatem* domesticam, degenerantem in *iurisdictionis* aliquam speciem, que a personis, que in *patrimonio* sunt; talis autem nemo praeter seruos est *patrimonialis* dicta fuit.

§. XXIII. Hanc obseruationem de *presumtione* Illustratur sen.
tencia de præ-
sumptione pro
operis inde-
terminatis ex
suffragiis in-
terpretum:
pro operis indeterminatis testimonii quibusdam ICtorum illustrare iuuabit. Optimis rationibus eam confirmat MEVIVS P. IV. decif. 131. ita comparatis, ut rusticis tam seruis quam secundum quid liberis conueniant, vtpote qui tantum statum quodammodo, non operarum debitum mutarunt. Distinguit videlicet, vtrum constet de operarum determinatione an non? Posteriori casu ita rationes subducit: *Tali determinatione non reperta, potestatis dominice est, rusticis vel colonis etiam alia quam antea solita seruitia seu operas imponere. Indefinitum istorum debitum permittit dominis exigendi facultatem, & imponit ruricolis obsequendi necessitatem. Quibus minime ex eo, quod talia vel alia antea non praestiterunt, ius denegandi est. Sufficit, ius exigendi adesse ex obligatione & conditione rustica vel colonaria (qua supereft etiam in iis, qui liberi dicuntur) que ubi aliud non est definitum, ad seruitia indeterminata obligat. Exacio mere facultatis est, ideo licet immemoriali tempore omissa, nec ius dat debitori, nec domino libertatem aferit. Prescribi contra illam nunquam potest.* Multum præterea in notis n. 3. tribuit possessioni, atque: *Sic distinguitur inter operarum exactio-
nem, an dominus in possessione eius sit nec ne?* In priori spe-
cie probatio liberationis a ceteris incumbit rustico; in poste-
riori vero domino. Confer. HARPRECHT. vol. nou. corf. IV.
 n. 335 sgg. Pariter haec sententia illustratur præiudicis-
 tum a B. STRYKIO in us. mod. tit. de oper. libert. §. 6. tum Strykii &
 in dissert. Dn. PRAESID. supra cit. circa finem adductis, Dn. Praefidis,
 qua speciatim rusticos liberos respiciunt. Calculo suo

Strubii,

suo quoque idem confirmat Dn. DAVID GEORG. STRVBE
in comm. de iur. villic. c. V. §. 1. Manumissio apud Germanos non
 tollebat obligationem ad operas & pensiones domino præstandas,
 sed tantum facultatem dabant, derelinquendi prædium inuito
 domino. Itaque, cum mutatio haud presumatur, nec obligatio
 operas præstandi remissa potest censeri, sed pro nobilibus præ-
 dii eas exigendi stat coniectura. Præsumptio specialis tollit
 generalem. Vnde quamvis pro libertate & naturali statu pre-
 sumatur regulariter, attamen expirat ea coniectura, ubi statu-
 tus naturalis vel omnino vel magna ex parte est immutatus.
 Ait in confessio est, & olim rusticos ad operas præstandas obstric-
 etos fuisse, & adhuc esse. Ergo fundamentalis illa regula, ea,
 que ut plurimum sunt, presumere iubens, villicis non dominis
 onus probandi imponit, ubi ius exigendi operas in dubium voca-
 tur. De manumissione quidem loquitur auctor, id tamen
 secundum antea dicta de iis intelligendum rusticis,
 qui statum tacite per conniventiam domini mutarunt.
 Addam etiam consensum Dn. PERTSCHII in diss. de di-
 uis. in oper. determ. & indetern. §. 54. sq. de rusticis secun-
 dum quid liberis speciatim mentem suam hoc modo
 declarantis: *Que afferui, ex pristina & continua rusticorum*
in Germania conditione deduci possunt. Nemo enim nisi
 qui veritati certa obloqui velit, negabit, olim ius dominorum
 inuoluisse facultatem exigendi operas indeterminatas. Qui igitur
 mutationem factam esse inuit, operasque ad certam quanti-
 tam redactas esse contendit, id probare debet, hanc mutationem
 revera conventione vel alio quodam modo factam esse.
 Inter alios quoque BALTHASAR de oper. rusticor. c. XII.
 p. 80. eidem accedit opinioni, quamvis in fundamento
 operarum alias passim erret, nec minus OCKELIUS de
 prescript. immemor. c. II. th. 19. Denique Dn. LEYSER in
 medit ad Pand. Specim. 416. n. 1. eiusmodi adfert rationes,
 vnde

Pertschii,

Balthasaris,

Ockelii,
Leyseri,

vnde non potest non praedita conclusio colligi. Ait enim: *Cum res in eodem, in quo olim fuit, statu manesse censeatur, nec mutatio presumatur, sed quoniam in facto conslit, probari debeat, existimo, non solum in Saxonia Electorali, sed et omnibus terris, que olim iure Saxonico usæ fuerunt, presumptionem pro nobilibus prædiis, quod scilicet is operæ a rusticis debeantur, contra libertatem esse.*

§. XXIV. Inde vero (III) infero: rusticos, in Rustici operæ determinatis actionem suam fundantes, suæ intentionis fundamentum probare debere, quia præsumtio contra eos militat, præsertim si nobiles sunt in possessione vel quasi exigendi operas indeterminatas. Syrmata errorum, qui ex principiis iuris Romani vel glossatorum in subsidium aduocari solent a dissentientibus, collegi §. XVIII. quorum merito pertinet I Ctos saniores. Nihilominus tamen ut plurimum aduocati, quo, quantum possibile est, onus a se deuoluant in reos, solent instituere actionem negatoriam, & ad communia Brocardica provocare; cum tamen cogitandum sit, rusticos, determinatas operas allegantes, se fundare in iure singulari, in exceptione, a iure communi Germaniæ deuiant, quibus negatoria indulgeri non debet, sed potius confessoria. Fundant enim se potius in iure singulari immunitat ab operis in determinatis, vt HERTIVS rep. 344. n. 5. ait, adeoque petere debent: *Dass uns die Immunität von ungemessenen Diensten zustehet, sc. alioquin libellus reiiciendus, ne iudex, negatoriam admittens, nouæ liti ansam præbeat, quis probare debeat.* Graui ter morem aduocatorum improbat OCKELIVS de pre-

H script.

script. immem. c. II. th. 19. aiens: Solent quippe nonnulli rabiule, quamuis sciant, nobiles esse in possessione seruitiorum, idque confeantur, actionem negotiorum instituere, putantes, bacce via se onus probandi posse coniicere in nobiles, ob presumtionem libertatis, quam iactant. Sed ubi acta ad iuris peritos transmittuntur, falluntur & cadunt sua spe. Inane videlicet & lubricum argumentum est: quia rusticī liberi creduntur, ergo ad operas indeterminatas non tenentur, cum tamen imperfēcte & secundum quid tantum liberi sint, cum quo statu optime constare possunt operae indeterminate, experientia teste. Immo nisi ICti, principiis, hic prorsus alienis, abrepti seducti que fuissent, vix ac ne vix quidem opera determinatae in Germania deprehenderentur. Quod enim paullatim opera rusticorum ad determinatam quantitatē & qualitatē peruenient, id sine dubio inde factum, a) quod iuxta §. XVIII. creditum fuerit, proprios homines esse liberos, quo errore plerique ad imperfēctam libertatem deduci sunt: b) quod, hoc facto, mutua inter rusticos dominosque renitentia coorta fuerit, illis operas a se declinantibus, his ius suum strenue propugnantibus: y) quod iudicia his principiis imbuta faciles aures rusticis præbuerint, remque eo deduxerint, vt nobiles tandem transfigere, & rusticis quædam remittere coacti fuerint. Solent vt plurimum, teste KLOCKIO de contribut. c. II. n. 60. hæc rusticis suppeditari consilia, ut imperiosa iussione ad noua seruitia coacti reclament, protestentur, & ad superiorem prouocent. Talis prouocatio magnum pondus apud eos principes habere solet, quorum interest, nobilitatis vires potentiamque debilitari.

Recte

Origo opera
rum determi-
natarum.

Recte vero KLOCKIVS cit. l. ad tam funesta consilia regerit, ad lancem æquitatis & prudentiae ita omnia esse temperanda, ne nimis dominorum sauitiae indulgetur, neque effrene genus rusticorum ad petulantiam & mobedientiam inuitetur, quod non tam simplex est & quietum, ut olim, vt verbis KLOCKII n. 58. vtar. Addit n. sq. ut quondam serui, ita hodie rustici fere sunt versuti & ultimi prioribus peiores. Et generaliter rustici sunt astuti, sagaces & arrogantes, vt malitia supra malitiam rusticorum non sit. His consiliis factum, vt nobiles, quibus indulgentia nocuit, vel in determinatas operas consentire debuerint, vel per iudicata, ex erroribus supra detectis lata, condemnati fuerint, vt operis determinatis acquiescere debuerint. Nihil enim magis nobilibus præiudicare potuit quam error antiquus: *alleganti operas indeterminatas onus probandi incumbere*, sub quo non potuere non olim succumbere nobiles, quibus impossibile fuit, operarum indeterminatarum debitum probare, quamdiu (quod olim factum est) subsisterunt in glosatorum traditis §. XVIII. relatis, nec in iuriis patrii doctrina, (quæ eo tempore in abdito latuit) præsidium quæsuerunt. Ita plerique causa ceciderunt, non suo, sed iCtorum & iudicum vitio. Denique ex his satis palam est, *allegantes operas determinatas vel in conventione, & transactione vel iudicatis se fundare debere.* Sola certarum operarum intermissione per tempus diuturnum non liberat rusticos ab earum præstatione, cum exactio earum meræ facultatis naturalis sit, nec opera, nisi indicie, debeantur, vt recte MEVIVS P. IV. decif. 191. obseruat.

Vitium pre-
cari & violentia
in operis non
præsumitur,

sed ea probare
debent,

quod specia-
tim ostenditur
i) in precario,

§. XXV. Quia vero rustici per astutiam ope-
ris hinc inde per plures annos diffimerit quod qua-
ritatem & qualitatem præsticis opponere solent, easiure
familiaritatis vel precarii præsitas, vel se per vim ini-
quam ad earum præstationem coactos, interim se
constanter murmurasse, & hac murmuratione effecisse,
ne vlo temporis lapsu dominus eas præscribere po-
tuerit, quod etiam murmuratio sit interpellatio præ-
scriptionis; quia, inquam, haec & similia somnia adferri
solent, inde (IV) ex præmissis concludo, rusticos eius-
modi futilles exceptiones eo magis probare debere,
quod omnis præsumtio huic assertioni vulgatissimæ
repugnet, & vitia precarii & violentiae allegando fate-
antur, se operas indeterminatas præstissem. Talis au-
tem confessio qualificata, ait HARPPRECHT vol. nou. conf.
IV. n. 428. sqq. pro parte acceptari & pro parte impugnari
potest, quia præsumtio iuris est contra confidentem, cum que-
uis possesso de iure iusta & legitima, non vitiosa, seu vitio
precarii aut violentiae infecta, præsumatur. Subiicit
OCKELIUS de præscript. immem. c. II. tb. 19. Si rusticus mini-
ma seruitio fateatur; tunc præsumtio contra eum est, quod
etiam ad reliqua maiora teneatur. Nam vt (1) a pre-
cario incipiam, ab omni probabilitate alienum est,
rusticos iure familiaritatis nobili seu domino suo præsti-
tisse operas, sua natura coactioni obnoxias. Absurdum
est, concipere ius familiaritatis in eo, qui ad seruendum
ex sua conditione obstringitur. Vulgatum est: Der
Bauer thut nichts, wenn er nicht muß, vt designe-
tur, absque coactione & imperio nihil impetrari posse, quis
ergo crederet, hunc iure familiaritatis per decem vel
plu-

plures annos domino operas præstisſe. Recte MÖLLE-
RI in ſemelr. lib. IV. c. 38. inf. Neque mihi verofimile eſt, ex
noſtratibus rufſicis quempiam per totos decem vel plures
annos domino ſuo precario ea præſtitum, ad que iure obli-
gatum illi ſe non eſſe ſciat vel exiſtimet. Calculo ſuo
idem firmant MAVLIVS de homag. tit. 4. n. 8. WESEM. p. 1.
conf. 18. & ZIEGLER ad prax. aur. Caluoli §. nobiles. concl. i.
n. 74. aliique. Speciatim vero ZIEGLERVſ obiectiones
vulgares, quod in dubio magis precarium quam fer-
uitus præfumatur, deſtruit, docetque rationes iuris & no-
turam negotii contrarium in hac parte ſuadere; tum, quod
tales præſtationes nunquam ad ius libertatis pertineant;
tum, quia in illis nullum commodum facientis, ſed ſolius ac-
cipientis deprehendatur, neque rufſicus ſua, ſed domini gra-
tia operetur; tum denique, quia tales actus factum hominis
notabile habentes, citra feruitutis evidentem conieeturam ex-
ercent non poſſunt. Vnde merito inferendum, rufſi-
cis, non iure feruitii, ſed precario tantum aliquamdiu
præſtitifē operas, afferentibus, probationem incum-
bere. CARPZ. P. II. C. 4. def. 3. RICHTER decif. 98. n. 57.
(2) Nec magis exceptio violentie præfumitur, ſed le-
gitime probanda, tum quod auxilio superioris haud
deſtituti fuerint, quod implorare potuiffent, l. 23. pr. D.
quod met. cauf. MAVLIVS de homag. iii. 4. HARPRECHT vol. nou.
conf. 4. n. 425. nec in murmuratione, illis tantum proficua,
quibus recursus ad ſuperiorem fere præclusus eſt,
ſubſiſtere debuiffent; tum etiam quod murmurationi
aſſueti adeo ſint rufſici, vt plerumque ad obſequium
inuiti cogi debeant, & ex hoc prætextu nullum præ-
ſidium cauſa fuā circumponere poſſent.

²⁾ in vitio
violentia.

§. XXVI.

62 DE IMPERF. LIBERT. RVSTIC. IN GERM.

Rustici proprietatis ius in
agris haud imm
petrarunt.

§. XXVI. Denique (V) ex præmissis etiam hanc
formo conclusionem, rusticis his, *imperfæcta libertate*
gaudentibus, *in dubio ius quoddam proprietatis* in præ-
dia rustica nec assignari, nec eos cum *emphyteutis* con-
ferri posse. Palam est, rusticos olim in perpetua fuisse
seruitute, & ex hoc statu *indefinitæ* fundis impositos,
quibus decedentibus, vni alteriue ex liberis eos sub
eadem conditione concessos, vt non facile, sed ex
iusta demum *cauſa* ab illis fuerint deieci, quod muta-
tio talis dominis ipsis noxia esset. Postquam in *liber-
tate imperfecta* sensim & pedetentim sunt constituti,
continuarunt antiquum possidendi modum vsumque,
ac fundos vt *alienos nomine domini*, *sub consuetis ope-
ris & censibus*, possederunt. Quocirca ex hac cauſa,
qua ad instar *locationis* censenda, nec prescriptione
longissimi temporis ius domini interuertere, nec *vile
dominium* impetrare poterunt, nisi accesserit actus
contradictorius inter *dominum rusticumque* illo fundo
quidem repetente, sed rusticī contradictioni,
qua sibi *vile dominium* asseruit, acquiescente, quia
tunc demum prior possessio immutata est. Cum ve-
ro talis actus in factō consistat, merito probari de-
bet. Vt plurimum *ius perpetuae coloniae* singunt rusticī,
sed vt plurimum ipsum *ius emphyteuseos* sub eo te-
gunt, ex *iuris Romani* principiis, quod tamen cum
modo *rusticorum tenendi prædia*, non conuenit. Pluribus
adhuc præiudiciis satisfaciendum hic esset, nisi tem-
pore interclusus in aliud tempus meditationem
hanc reiicere coactus essem.

F I N I S.



Halle, Diss.) 1733

ULB Halle
002 372 827

3



sb

